τοὺς μεγάλους ἐκείνους δῆπου ὑτρευτάς· ἐστὶ δὲ καὶ τὸ σὸν εὐθύρον ἀνάγραπτον. πότερον δὲ αὐτὸς ἤρρηκας ἢ δῶρον εἰληφας; πῶς δὲ καὶ ὠψθη τὴν ἀρχὴν διὰ σμικρότητα; εὐρίνοι ἄρα ὄντως ἦσαν αἱ κύνες· οὐ γὰρ ἦν αὐτὸν ἰδεῖν, ἀλλ' ἤσθοντο αὐτοῦ. σὺ δὲ ἐξ οὗ θηρᾶν ἤρξω, γέγονας ἡμῖν αὐτόγρημα Ἴππόλυτος. ἔρα δὴ τὴν Ἀφροδίτην μὴ καὶ σοὶ διὰ τὴν ὑπεροψίαν μηνίση.

ιγ'. Καλλιππίδης Κνήμωνι.

Ἀγροίκου βίου τά τε ἄλλα ἐστὶ καλὰ καὶ δὴ καὶ τὸ ἡμερον τοῦ τρόπου· ἢ γὰρ ἡσυχία καὶ τὸ ἀγειν σχολὴν τοῖς τῆς γῆς καλὴν πραότητα ἐνεργάζεται. σὺ δὲ οὐκ ἴδ' ὅπως ἀγροίκος εἶ καὶ γείτοσιν οὐκ ἀγαθὸς πάροικος. βάλλεις οὖν ἡμᾶς ταῖς βώλοισι καὶ ταῖς ἀχράσι καὶ μέγα κέκραγας ἰδὼν ἄνθρωπον ὡς διώκων λύκον καὶ ἀργαλέος εἶ καὶ τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον ἀλμυρὸν γειτόνημα. ἐγὼ δὲ εἰ μὴ πατρῶον ἀγρὸν ἐγειώργουν, ἄσμενος ἂν αὐτὸν ἀπεδόμην φυγῇ φοβεροῦ γείτονος. ἀλλ' ὦ βέλτιστε Κνήμων, τὸ σκαιὸν τοῦ τρόπου κατάλυσον, μὴδὲ σε ὁ θυμὸς ἐς λήθην προαγέτω, μὴ καὶ μανεῖς σεαυτὸν λάθης. ταῦτά σοι φίλα παρὰ φίλου πεπραγέλωτα ἔστω καὶ ἴαμα τοῦ τρόπου.

ιδ'. Κνήμων Καλλιππίδῃ.

Ἔδει μὲν μὴδὲν ἀποκρίνασθαι· ἐπεὶ δὲ εἶ περιέργως καὶ βιάζῃ με ἀκοντά σοι προσδιαλέγεσθαι, τοῦτο γοῦν κεκέρδαγκα τὸ δι' ἀγγέλων σοι λαλεῖν, ἀλλὰ μὴ πρὸς αὐτόν σε. ἔστω σοι τοίνυν ἢ ἀπὸ Σκυθῶν λεγομένη ἀπόκρισις αὕτη. ἐγὼ μαινομαι καὶ φθονῶ καὶ μισῶ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος. ἔνθεν τοι καὶ βάλλω τοὺς ἐσφοιτῶντας ἐς τὸ χωρίον καὶ βώλοισι καὶ λίθοις. Μακάριον δὲ ἡγῆμαι τὸν Περσέα κατὰ δύο τρόπους ἐκείνον, ὅτι τε πτηνὸς ἦν καὶ οὐδενὶ συνήντα, ὑπεράνω τε ἦν τοῦ προσαγορεύειν τινὰ καὶ ἀσπάζεσθαι. ζηλωτὴ δὲ αὐτὸν καὶ τοῦ κτήματος ἐκείνου εὖ μάλα, ὅτι τοὺς συναντῶντας ἐποίει λίθους· οὐπερ οὖν εἰ μοί τις εὐμοιρία κατατυχεῖν ἐγένετο, οὐδὲν ἂν ἦν ἀφθονώτερον λιθίνων ἀνδριάντων, καὶ σὲ δ' ἂν εἰργασάμην τοῦτο πρῶτον. τί γὰρ παθῶν ρυθμίζεις με καὶ πρῶτον ἀποφῆναι γλίχῃ οὕτως ἐχθρὰ πᾶσι νοοῦντα; ἔνθεν τοι καὶ τοῦ χωρίου τὸ παρὰ τὴν δδὸν ἀργὸν εἶασα καὶ τοῦτο λοι τῆς γῆς χῆρὸν ἐστὶ καρπῶν. σὺ δὲ ἕνα σεαυτὸν τῶν ἀναγκαίων ἀποφαίνεις, καὶ σπεύδεις με φίλον ἔχειν μὴδὲ ἑμαυτοῦ φίλον ὄντα. τί γὰρ καὶ παθῶν εἶμι ἄνθρωπος;

ιε'. Καλλιππίδης Κνήμωνι.

Σὺ μὲν τῶν ἀποφράδων διαφέρεις οὐδέν, οὕτως ἀγριοὺς ὢν καὶ μονήρης τὸν τρόπον, δεῖ δὲ σε ὁμῶς καὶ μὴ βουλόμενον ἡμερον ἡμῖν γενέσθαι, καὶ ταῦτα γειτονιάσεως αἰδοῖ καὶ θεῶν ὀρίων τιμῇ, ὅπερ οὖν εἰσι κοινοί. οὕω τοίνυν τῷ Πανὶ καὶ Φυλασίων τοὺς

natorum. Litteris etiam prospera tua in venando fortuna mandabitur. Sed utrum cepisti ipsum an dono accepisti? et quomodo conspici omnino potuit ob parvitatem? Sane bonis canes praeditae erant naribus: non enim videre eum poterant, sed odoratae sunt. Tu vero ex quo venationi operam dare cepisti, re vera nobis Hippolytus evasisti. Cave igitur Venerem, ne tibi quoque ob superbiam irascatur.

XIII. Callipides Cnemoni.

In agresti vita praeter cetera laudanda est morum mansuetudo: quies enim atque otium pulchram rebus rusticis affert lenitatem. Tu vero nescio quomodo rusticus es et vicinis non bonus accola. Petis enim nos glebis atque piris et homine conspecto magnum tollis clamorem quasi lupum persequens et molestus es, quodque in proverbio est salsa vicinitas. Ego vero si non paternum agrum colerem, lubens illum venderem, quo vicinum effugerem metuendum. At, optime Cnemo, morum rusticitatem deponere, neque te ira in oblivionem adducat, ne te ipsum quoque lateas insanens. Haec tibi amica ab amico sint praecpta et morum remedium.

XIV. Cnemo Callippidae.

Nihil quidem responso opus erat: sed quoniam pro importunitate tua me invitum tecum disputare cogis, hoc saltem lueratus sum, quod per nuntios, nec vero coram tecum ipso licet loqui. Hoc igitur Scythicum quod aiunt responsum tibi habe. Ego insanio et invideo et odi genus hominum. Hinc eos qui agrum intrant glebis lapidibusque peto. Beatum autem Perseum illum duas ob rationes iudico, quod et alatus erat nec in quenquam incidebat, et superior erat quam ut alloqueretur quenquam aut salutareret. Praeterea et rem illi invideo vehementer, qua obviam sibi factos in lapides convertebat, cuius si mihi copiam aliqua fortuna faceret, nihil esset lapideis status frequentius, ac te primum hoc malo afficerem. Quid enim in ordinem me cogis et mansuetum cupis reddere, qui sic omnibus infesta moliar? Hinc etiam eam agri partem, quae viam attingit, incultam reliqui, et haec mihi terra orba est fructibus. Tu vero te ipsum unum ex necessariis meis facis et me studes amicum habere, qui ne mihi ipsi quidem sim amicus. Quid tandem est, cur homo factus sim?

XV. Callipides Cnemoni.

Tu quidem a nefandis nihil differs, tam ferox qui sis tamque solitarius, oportet te autem nihilominus et nolentem mansuetum nobis fieri pudore nempe vicinitatis et terminalium deorum reverentia, qui nobis sunt communes. Sacra igitur Pani facio et Phylasiorum conjunctis-



μάλιστα ἐπιτηδείους ἐς τὴν ἱερουργίαν παρακαλῶ. ἐν δὲ τούτοις καὶ σὲ ἀφικέσθαι βουλοίμην ἄν, σὺ δὲ καὶ ἐμπιῶν καὶ κοινωνήσας σπονδῶν ἔσῃ τι καὶ πρῶ-
 τερος· ὁ γὰρ τοὶ Διόνυσος φιλεῖ τὰς μὲν ὀργὰς μαρμί-
 νειν τε καὶ κατακοιμίζειν, τὰς δὲ εὐφροσύνας ἐγείρειν.
 ἔσται δὲ σοὶ ὁ αὐτὸς οὗτος θεὸς καὶ Παιῶν καὶ ἀπο-
 λύσει σε τῆς ἀκράτου γολῆς, οἴνω σθέσας τὸ τοῦ θυμοῦ
 ὑπέκκαυμα. καὶ αὐλητρίδος δὲ ἀκούσας ἴσως, ὧ
 Κνήμων, καὶ ἐς ὧδὴν ἐμπεσὼν καὶ ἐς μέλος ὑπολισθὼν
 ἔξεις τι καὶ γαλητὸν ἐν τῇ ψυχῇ. οὐ γέρον δ' ἄν
 εἴη οἴνωμένον σε καὶ μασγάλην ἄραι. εἰ δὲ που καὶ
 μεθύων κόρη περιπέσοις ἄθραν ἀνακαλούση ἢ τὴν
 τίθηεν ὑπολειψθεῖσαν εὐρεῖν πειρωμένη, τάχα πού τι
 καὶ θερμὸν δράσεις καὶ νεανικὸν ἔργον. οὐδ' ἄν
 ἀπεικός εἴη καὶ τοιοῦτό τι πρᾶγθῆναι ἐν τῇ τοῦ Πα-
 νὸς θυσίᾳ· καὶ γὰρ τοὶ κάκεινος ἐρωτικὸς εὐ μάλα καὶ
 οἶος ἐπανίστασθαι παρθένους. λῦσον δὲ καὶ τὴν ὄφρυν
 καὶ τὸ σκυθρωπὸν τοῦτο καὶ σύννεφες γάλασον εὐθυμίας
 φίλου ταῦτα παραινέσεις νοοῦντός σοι ἀγαθά.

ις'. Κνήμων Καλλιπιδῆ.

Ἴνα σοὶ καὶ λοιδορήσωμαι ταῦτ' ἀντεπιστέλλω
 καὶ ἴν' ἀρῶ τι τῆς ὀργῆς ἐς σέ· μάλιστα γὰρ ἐδεό-
 μην παρόντος, ἵνα σου καὶ αὐτόχειρ γένωμαι. τί γὰρ
 με διαφθεῖραι γλίχῃ, τί δὲ σπεύδεις ἀπολέσαι με εἰς
 ἔστιάσιν καὶ θοίνην παρακαλῶν; πρῶτον μὲν γὰρ τὸ
 πολλοὺς ὄραν καὶ συνεῖναι πολλοῖς δεινῶς πέφρικα,
 φεύγω δὲ κοινήν θυσίαν ὡς οἱ δειλοὶ τοὺς πολεμίους,
 ὑπορῶμαι δὲ καὶ τὸν οἶνον ὡς ἐπιβουλεύσαι καὶ ἐπι-
 θεσθαι γνώμη δεινῶς καρτερόν, τοὺς δὲ θεοὺς τοὺς τε
 ἄλλους καὶ τὸν Πᾶνα ἀσπάζομαι τε καὶ προσαγρευῶ
 παριὼν μόνον, θύω δὲ οὐδέν· οὐδὲ γὰρ αὐτοὺς ἐνοχλεῖν
 ἐθέλω. σὺ δὲ μοι καὶ αὐλητρίδας προσείεις καὶ
 ὧδᾶς, ὧ καταγέλαστε. ἐπὶ μὲν δὲ τούτοις καινῶς
 οὐχ ἀψαίμην σου, καλὰ δὲ σου κάκεινα, ὀργήσασθαι
 καὶ ὁμιλῆσαι κόρη θερμότερα. σὺ μὲν μοι δοκεῖς κἄν
 ἐς πῦρ ἀλασθαι κἄν ἐς μαχαίρας κυβιστῆσαι, ἐμοὶ δὲ
 μήτε θύων εἴης φίλος μήτε ἄλλως.

ις'. Δέρκυλος Λισχρίᾳ.

Οὐκ ἐγὼ ἔλεγον ὅτι Πλοῦτον ὄρωντα ὀξὺ καὶ οὐ
 τυρλὸν ἀνεῦρες καὶ καταγέλας μου καὶ τῆς γῆς καὶ
 τῆς τύχης, ἐπεὶ τῶν χρηστῶν καὶ ἐπιμέλειαν τίθεται·
 σὺ γοῦν ἀπεδείξω τῶν εὐδαιμόνων ἐκείνων εἰς ὧν, οὐς
 ἐπὶ Κρόνου φασὶν ἐκ τῆς γῆς αὐτόματα εἶναι πάντα
 καὶ κοινωνίαν ἐν αὐτοῖς ἀφθονον πολιτεύεσθαι καὶ ἀφέ-
 λειαν τρόπου καὶ ἕνα οἶκον οἰκεῖν τὸν ὑπ' οὐρανῶ
 τόπον πάντα. πλουτήσαντι γοῦν σοὶ τίς οὕτω φιλό-
 μωμος ἢ κακός, ὡς ἀβθεσθαι καὶ ζηλότυπα νοεῖν·
 μήπω τοσαύτης κακίας ἀναπλησθεῖη γεωργῶν ἤθη,
 ὡς ζηλοτυπεῖν τε εἰς πλοῦτον καὶ ὑπὲρ χρημάτων φρο-
 νεῖν. εἰς ἀγρίας αἴγας τραπεῖη ταῦτα καὶ εἰς τοὺς
 ἐν δικαστηρίοις ῥήτορας.

simos ad sacrificium invito obendum. In his te quoque
 venire velim. Tu vero ubi biberis unaque libaveris no-
 biseum, eris et aliquanto mitior : Bacchus enim quum iras
 arefacere et sopire solet, tum gaudia excitare. Erit tibi
 idem hic deus et medicus et liberabit te ab immoderata
 bile, vino cerebri incendio extincto. Fortasse et tibicina
 audita, o Cnemo, et in cantum incidens inque carmen
 prolapsus habebis aliquid etiam in animo tranquillum.
 Neque minus juvat, si et vino repletus alam tollas. Quod
 si ebrius etiam incideris in puellam, quæ revocet ancillam
 vel amissam quærat nutricem, fortasse calidum aliquod
 et juvenile edes facinus, eujusmodi Panis in sacrificio
 committi consentaneum est : nam et ille admodum est
 amoribus deditus atque aggredi solet virgines. Solve tu
 vero supercilium et austeritatem istam ac tristitiam li-
 laritate tempera. Amici hæc est admonitio bene tibi
 volentis.

XVI. Cnemo Callipide.

Ut te quoque conviciis proscindam, hæc rescribo, et
 de ira aliquid in te remittam. Maxime enim te coram
 præsentem habere vellem, ut mea manu inferre tibi pes-
 sem mortem. Quid enim corrumpere me cupis, quidque
 me studes perdere in convivium atque epulas vocatum?
 primum enim adspectum multorum cumque multis ha-
 bendam consuetudinem vehementer perhorresco, deinde
 commune sacrificium quemadmodum timidi hostes fugio :
 suspectum etiam habeo vinum ut ad insidiandum et dolos
 struendos animo potentissimum, deos autem quum alios
 tum Panem veneror et saluto tantum, sacri vero nihil facio·
 neque enim ipsis molestus esse volo. At tu mihi tibi-
 cinas et carmina commendas, stultissime. Et de his
 quidem novis argumentis tecum non pugnaverim, egregia
 vero et hæc tua sunt præcepta, saltare et cum puella
 rem habere, lascivissime. Tu, nisi fallor, et in ignem in-
 silies inque gladios te immittes, mihi vero neque sacra
 faciens amicus eris neque aliter.

XVII. Dercyllus Eschreæ.

Nonne dicebam ego te Plutum acriter videntem mini-
 meque cæcum invenisse? jamque derides me et terram
 et fortunam, quoniam honorum etiam curam habet. Tu
 igitur ex felicibus istis te unum esse declarasti, quos im-
 perante Saturno aiunt ex terra sponte nascentia habere
 omnia et morum simplicitatem, unamque domum habi-
 tare omnem cælo subiectum locum. Quis igitur tam sit
 reprehendendi cupidus aut improbus, qui hoc modo di-
 vitiis utenti tibi invidet aut malevolo in te sit animo?
 absit ut tanta malitia rusticorum animi imbuantur, ut
 alienis divitiis angantur atque inhient pecuniæ. In agre-
 stes capras hæc vertantur et in oratores, qui versantur in
 iudiciis.



η'. Δημόλος Βλεψία.

Γεωργίαν καὶ γεωργεῖν ἀπολιπόν δ γείτων Λάχης ἐπέβη νεώς, καὶ πλεῖ τὸ Αἰγαῖόν φασι, καὶ ἄλλα πελάγη μετρεῖ καὶ ἐπικυματίζει καὶ λάρου βίον ζῆ καὶ ἀνέμοις μάχεται διαφόροις· ἄκρα τε αὐτὸν ἐξ ἄκρας διαλαμβάνει, καὶ περιβλέπων ἄδρὸν κέρδος καὶ περινοῶν πλοῦτον ἄθρόον μακρὰ εἶπε χαίρειν αἰγιόδοις ἐκείνοις καὶ νομειτικῶ τῷ προτέρῳ βίῳ· γλίσχρως τε καὶ κατ' ὀλίγον ἐκ τῶν ἀγρῶν ἀποζῆν οὐ δυνάμενος οὐδὲ ἀρκούμενος τοῖς παρούσιν Αἰγυπτίους καὶ Σύρους φαντάζεται καὶ περιβλέπει τὸ δαῖμα καὶ πολὺς ἐστὶ νῆ Δία τόκους ἐπὶ τόκοις λογιζόμενος καὶ χρήματα ἐπὶ χρήμασιν ἀριθμῶν, καὶ διαπλέγει τὴν διάνοιαν αὐτοῦ καὶ ἐκκαίει κέρδος ἀμφοτερόπλου, χειμῶνας δὲ οὐκ ἔννοεῖ, οὐδὲ ἐναντία πνεύματα, οὐδὲ τῆς θαλάσσης τὸ ἀστάθμητον, οὐδὲ τῶν ὠρῶν τὰς ἀκαιρίας. ἡμεῖς δὲ εἰ καὶ μικρὰ κερδαίνομεν μεγάλα πονοῦντες, ἀλλὰ πολὺ ἡ γῆ τῆς θαλάσσης ἐδραϊότερον, καὶ αὕτη πιστοτέρα βεβαιότερας ἔχει τὰς παρ' ἑαυτῆς ἐλπίδας.

θ'. Μορμίας Χρέμητι.

Ἐγὼ μὲν ἔθουν γάμους δ χρυσοῦς μάτην καὶ περιήειν ἐστεφανωμένος οὐδὲν δέον καὶ τοὺς τε ἔνδον καὶ τοὺς ἔξω θεοὺς ἐκολάκευον, ὁ δὲ παῖς κατήγαγε μὲν τὸ ζεῦγος ἐκ τῶν ἀγρῶν ὡς τὴν νύμφην ἐξ ἄστεος εἰς τὸ πατρῷον χωρίον ἐπανάξων, αὐλητρίδα δὲ λυσάμενος, ἧς ἔτυχεν ἐρῶν, νύμφης στολὴν αὐτῇ περιβαλὼν ἐπὶ νύμφης μοι φάτταν ἀντὶ περιστερᾶς, φασίν, ἑταίραν ἀντὶ νύμφης. καὶ τὰ μὲν πρῶτα αἰδομένη χορικῶς εὔ μάλα καὶ κατὰ τὸν τῶν γαμουμένων νόμον ὑπέκρυπτε τὴν τέχνην, μόλις δὲ ἀπερράγη ἡ σοφία τε αὐτῶν καὶ αἰ κατ' ἐμοῦ μηχαναί. οὐ μὴν ἐς τὸ παντελές μου καταφρονήσουσιν ὡσπεροῦν πλινθίνου, ἐπεὶ τοι τὸν καλὸν νυμφίον εἰς κόρακας ἀποκηρύξω, ἐὰν μὴ τῆς ὑπερβαλλούσης τρυφῆς παυσάμενος σὺν ἐμοὶ ταφρεύῃ καὶ βωλοκοπῇ· τὴν δὲ νύμφην ἀποδώσομαι ἀκακίην ἐπ' ἐξαγωγῆ, ἐὰν μὴ τι καὶ αὐτῇ τῶν ἔργων τῇ Φρυγίᾳ τε καὶ τῇ Θράττῃ συνεπιλαμβάνῃ.

κ'. Φαιδρίας Σθένωνι.

Φύεται μὲν ἐν τοῖς ἀγροῖς καλὰ πάντα, κεκόσμηται τε ἡ γῆ τούτοις καὶ τρέφει πάντας· καὶ τὰ μὲν ἐστὶ τῶν καρπῶν διαιτήσια, τὰ δὲ πρὸς ὀλίγον ἀντέχοντά ἐστὶ τρωκτὰ ὠραία· πάντων δὲ τούτων θεοὶ μὲν ποιηταί, ἡ γῆ δὲ μήτηρ ἅμα καὶ τροφὸς ἡ αὐτή. φύεται δὲ καὶ δικαιοσύνη καὶ σωφροσύνη, καὶ ταῦτα τῶν ἐν τοῖς ἀγροῖς δένδρων τὰ κάλλιστα τῶν τε καρπῶν οἱ χρησιμώτατοι. μὴ τοίνυν γεωργῶν καταφρόνει· ἐστὶ γάρ τις καὶ ἐνταῦθα σοφία, γλώττη μὲν οὐ πεποικιμένη οὐδὲ καλλωπιζομένη λόγων δυνάμει, σιγῶσα δὲ εὔ ὑάλα

XVIII. Demylus Blepsia.

Agricultura et agri colendi opificio relicto vicinus Laches navem conscendit et Ægeum, ut aiunt, navigat, aliisque metitur maria atque innatat, ac lari vitam vivit et cum adversis præliatur ventis, et promontorium cum ex promontorio excipit, atque amplum circumspiciens lucrum magnasque in animo versans divitias procul valere dixit capellis illis et pastorali quam ante egit vitæ, quumque sordide et parce ex agris suis vivere non possit, neque eis quæ in pomptu sunt contentus sit, Ægyptios et Syros somniat, et forum circumspicit, multusque est per Iovem in usuris ratiocinandis et pecuniis computandis, atque incendit eius animum et exurit lucrum nauticum, tempestates vero nihil curat, neque adversos ventos, neque maris inconstantiam, neque temporum importunitates. Nos vero tametsi exiguum facimus magnos labores obeuntes lucrum, multo tamen mari stabilior est terra, quoque maior huius fides est, eo certiore de se præbet spem.

XIX. Mormias Chremeti.

Ego quidem nuptialia sacra aureus frustra feci, coronatusque præter necessitatem circumivi, ac deos tam qui intus quam qui extra sunt colui, filius autem deduxit ex agris iugum, quo ex urbe sponsam ad paternum rus reduceret, tibicinam vero redemptam, cuius amore flagrabat, sponsæ vestitu amictam adduxit mihi palumbam pro columba, quod aiunt, meretricem pro sponsa. Ac primum quidem in morem virginis admodum pudibunda, ut recens nuptæ solent, celabat artem, sensim tamen rupta est illorum sollertia et intentæ in me machinæ. At non prorsus me contemptui habebunt quasi latericium. Nimirum egregium sponsum ad corvos ablegabo, nisi a nimio luxu abstinens mecum fodiat et glebas scindat, sponsam vero illam peregre vendam, nisi ipsa quoque Phrygiæ se atque Thressæ adjungat laborum sociam.

XX. Phædrias Sthenoni.

Nascuntur quidem in agris omnia bona, hisque ornata terra victum præbet omnibus, atque alii quidem fructuum per totum annum durant, alii per exiguum tempus durantes sua quique tempestate maturescunt, omnium autem horum dii sunt auctores, terra vero mater et nutritrix eadem. Verum nascuntur et iustitia et temperantia, hæcque sunt ruri arbores pulcherrimæ, fructus utilissimi. Noli igitur contemnere agricolas: est enim hic quoque quædam sapientia, lingua quidem non colorata neque dicendi vi ornata, sed egregie tacens et ipso vitæ genere virtutem



καὶ δι' αὐτοῦ τοῦ βίου τὴν ἀρετὴν διμολογοῦσα. εἰ
 δὲ σοφώτερα ταῦτα ἐπέσταλταί σοι ἢ κατὰ τὴν τῶν
 ἀγρῶν χορηγίαν, μὴ θαυμάσης· οὐ γάρ ἐσμεν οὔτε
 Λίβυες οὔτε Λυδοὶ ἀλλ' Ἀθηναῖοι γεωργοί.

præ se ferens. Quod si hæc scripta sunt sapientius
 quam pro agrorum cultura, ne tibi mirum videatur : non
 enim Libyes sumus neque Lydi sed Athenienses agri-
 colæ.



ΑΙΝΕΙΟΥ ΤΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

ÆNEÆ SOPHISTÆ EPISTOLÆ.

α'. Ἰωάννη.

Εἰ σὸν ἐτύγγανε τὸ βιβλίον, ἤρων δέ, παρ' ἐμοὶ οὐ καίως ἂν ἦν τοιοῦτον ἢ φιλία. νῦν δὲ δεσπότης ἐγώ, σὺ δ' οὐ δίδως. ἀλλὰ μὴ πρὸς φίλου Διός, μὴ γάρ μοι τοῦτο δοκεῖ βιβλίον· ἐμοὶ γὰρ οὐσία τοῦτο, καὶ μοι τῶν Κροίσου κτημάτων σεμνότερον εἶναι τὸ κτῆμα δοκεῖ. ἄλλος μὲν γὰρ σμινύης ἐρᾷ, ἑτέρω πρὸς κύνας ὁ ἔρωσ, ἄλλω τόσον ἐν ἡδονῇ, τῷ δὲ ἵππος τὰ παιδικά, ἐμοὶ δὲ βιβλία καὶ λόγοι. ἀλλ' ὁ μᾶλλον τῶν ἄλλων τὸν κεκτημένον χαίρειν ποιεῖ, τοῦτο μᾶλλον τῶν ἄλλων τὸν ἀφηρημένον λυπεῖ. εἰ μὲν οὖν ἀποδώσεις, πείθομαι σου τῇ διανοίᾳ τὸ βιβλίον ἐγγεγράφθαι· εἰ δὲ μή, δόξεις οὐ τῶν γεγραμμένων ἐπιθυμεῖν ἀλλὰ τοῦ βιβλίου κεκτηθῆσθαι δοκεῖν. ἀλλὰ τί ταῦτά φημι; οὐχ ἔθεν πολλάκις εὐφράνθη, ἐντεῦθεν ἀνιάσομαι.

β'. Κάσσιφ.

Λαέρτης ὁ γέρων οὐκέτ' ἤθελεν εἶναι βασιλεὺς οὐδ' ἀνθρώπων ἄρχεῖν, ἀλλὰ κηπουρός τε εἶναι καὶ τῶν δένδρων ἐπιμέλεσθαι. σὺ δέ μοι δοκεῖς ἐζηλωκένας τὸν ἀνθρώπων οὐ γὰρ ἂν τὴν πόλιν καὶ τοὺς σαυτοῦ ἀπολιπὼν χρόνον οὕτω μακρὸν ἐν ἀγρῷ προσκαυόμενος τοῖς φυτοῖς διήγες λαλῶν. ἔδει δὲ οὐ τοῦ Λαέρτου μνησθῆσθαι ἀλλὰ Σωκράτους καὶ τῶν Σωκράτους δογματῶν, ἐν οἷς ἐκεῖνος χαριέντως καὶ σεμνῶς λέγων φιλοσοφεῖ ὅτι τὰ χωρία καὶ τὰ δένδρα οὐδὲν ἐθέλει διδάσκειν, οἱ δ' ἐν τῷ ἄστει ἄνθρωποι. τούτῳ μᾶλλον πειθόμενος μακρὸν τῶν ἀγρῶν ὑπεριδῶν, ἐν οἷς ἀπορον σοφίας καρπὸν τοὺς γεωργοῦντας δρέπεσθαι, ἀναμνήσθητι τῶν συνήθων ἐκείνων διατριβῶν, ἐν αἷς ἔνεστι σοφὸν τι μαθεῖν καὶ διδάξαι καὶ, τὸ δὴ μέγιστον, εὐφραίνειν τοὺς φίλους.

γ'. Ἀλφίῳ πρεσβυτέρῳ.

Τοῦναντίον γέγονεν. ὁ μὲν Ἀναστάσιος ἡσυχίαν ἄγει, σὺ δὲ πολεμεῖς, ἀλλ' οὔτε σοὶ πρέπον οὔτ' ἄλλως καλόν. βούλει σοὶ φράσω καὶ τοῦ πολέμου τὸν τρόπον; ὁ Κορνήλιος Ἀναστασίου χωρίον κατέλαβεν ὃν ἐκεῖνος ἐπολέμει χρόνον· καὶ ἐπειδὴ ἀφίκετο, ὁ μὲν ἡξίου τὸ πεδίον λαβεῖν ὁ δεσπότης, ὁ δὲ γεωργὸς ἡξίου κεκτηθῆσθαι, ἀλλ' οὐ προίκα. ἀλλὰ καὶ τιμὴν δρίζειν ἔδοξε, καὶ περὶ τῆς ὠνῆς γράμματα γίνεταί, ἤδη δὲ

I. Ioanni.


Si tuus esset liber et amarem, ponas me optimo iure esset; talis res est amicitia. Nunc ego dominus sum, tu vero non das. At non per amicum Iovem librum hunc iudico, sed substantiam, et Cræsi facultatibus melior et maior possessio esse videtur; alius enim ligonem amat, alii canes cordi sunt, alii arcus in voluptate est, huic equus Iudo est; mihi vero libelli et orationes. Sed quod sua possessione maiore reliquis voluptatem affert, hoc creptum maiori dolore afficit quam cetera. Si igitur restitues, credo menti tuæ librum esse impressum; sin minus, videberis non quæ illo continentur concupivisse, sed librum possidere voluisse. Sed quid hæc dico? Non unde scæpe mihi delectatio et voluptas parta est, inde dolorem et mæstítiam auferam.

II. Casso.

Laertes ætate confectus non volebat amplius regem agere neque mortalibus imperare, sed hortulanum se gerere et arboribus operam dare. Tu vero mihi videris imitatus hominem esse; non enim urbe et tuis relictis tam longo tempore ruri desideres cum plantis colloquens. Oportebat autem non Laertis meminisse sed Socratis et dogmatum Socraticorum, in quibus ille iucunde et graviter loquens contendit agros et arbores nihil docere, sed homines, qui in urbe versentur. Huic potius obtemperans neglectis agris et contemptis, in quibus non possunt agricole sapientiæ fructum metere, recordare solitam illam vitam, in qua licet sapientiam aliquam discere et docere et, quod maximum est, amicos exhilarare.

III. Alphio presbytero.

Contrarium accidit. Anastasius quietem agit, tu bellum geris; sed neque tibi decorum neque aliter laudandum. Vis tibi describam etiam modum belli? Cornelius Anastasii agrum cepit quo tempore ille bellum administrabat, et postquam rediit, dominus agrum cedere illi volebat; agricola possidere volebat, at non gratis. Sed et pretium definire visum est, adeoque nomina sunt. Jam vero etiam aurum afferens Cornelius paratus erat solvere agri



καὶ τὸ χρυσίον φέρων ὁ Κορνήλιος ἔτοιμος ἦν κατα-
θεῖναι τὴν τοῦ χωρίου τιμὴν. σὺ δὲ προσπεσὼν
ἐξαίφνης ἐκέλευες μὴ τοῦτο ποιεῖν, σὺν εἶναι τὸ κτήμα
φάσκων. ἐντεῦθεν ὀργὴ καὶ πόλεμος. εἰ μὲν οὖν
ἀδικεῖς, καὶ πρὶν εἰς ἡμᾶς ἔλθειν τὸ γεγονός διάλυσον·
εἰ δὲ δοκεῖς, ἦκε τὴν ταχίστην, ὡς παρὰ δικασταῖς
ἀποδώσων εὐθύνας. οὔτε γὰρ ἀδικεῖν οὔτε δοκεῖν
βουλοίμην τοὺς φίλους.

δ'. Ζωναίῳ σοφιστῇ.

Πολλὰ καγαθὰ γένοιτο Ἐπιφάνιῳ τῷ καλῷ, ὅτι περ
ἡμᾶς ἐνέπλησεν ἡδονῆς· ἀγαθὸν γάρ σε βήτορα καλῶν
μᾶλλον σου τὸν τρόπον ἢ τὸν λόγον ἐθαύμαζε. τὸ δ'
οὖν κεφάλαιον, φίλος ἐδόκει ἀληθινός, καὶ με προσεῖπε
πολλάκις παίζων ἄμα τῷ λόγῳ, ὑπὲρ σοῦ τοῦτο ποιῶν·
σὺ γὰρ τοῦτο πράττειν ἐκέλευες. ὅσα δ' ὄϊος ἐκεῖνός
ἐστὶ τῆς χάριτος ἐραστής. ἀμέλει καὶ ὀχληρὸς ἦν
θαυμά μοι παρὰ σοῦ χαίρειν κλεεύων. σὺ δὲ αἴτιος·
εἰ γὰρ μοι μικρὰν πέπομφας ἐπιστολήν, ἀπέλαθον ἂν
ἡδέως μικρὰ χαίρειν εἰπὼν καὶ ἀκούσας.

ε'. Οὐλίῳ.

Κακοὶ κακῶς ἀπόλοιτο οἵτινές ποτε ἦσαν οἱ τὸν
ὕμπερον οἶκον οὕτω πονήρως διαθέντες. ὅσον γὰρ
ἡνιάθην ἐγὼ μὰ τοὺς θεοὺς οὐκ ἂν δυναίμην εἰπεῖν.
ἀλλὰ μοί τις εὐτυχῶς ὀψέ ποτε παραπέπτωκε παρα-
μυθία, ἥς καλὸν ὑμᾶς κοινωνεῖν. ἐνεθυμήθην δὲ ὡς οὐ
παντελῶς ἄργηστος ἢ συμφορὰ. νῦν γὰρ βεβαιοτέρων
γνώσεσθε ὅτι χρυσὸς καὶ ἄργυρος καὶ περιφανεῖς
ἐσθητὲς τοῖς μὲν πολλοῖς περιμάχητον, ἀβέβαιον δέ τι
χρήμα καὶ οὐχ ἔσθητος οὐδὲ τοῦ ἔχοντος ὡς ἀληθῶς,
εἴγε τῷ βουλομένῳ διαρπάξιν ἐξεστί· τὰ δὲ μαθήματα
καὶ ἡ σοφία τοῖς μὲν ἀνοήτοις καταγέλαστον, βέβαιον δὲ
τι κτήμα καὶ πεπηγὸς καὶ ἀνάλωτον καὶ τὸ θλον κρεῖττον
ληστείας. τούτου μᾶλλον ἀντέγερθε, καὶ οὐκέτι πρὸς
φυλακὴν δεήσεσθε οὐ τέλους, οὐχ ὀπλων, οὐ φυλα-
τῶντων φάλαγγος.

ς'. Πάμπῳ γραμματικῷ.

Ἀφειλετό μου τῆς ἐπιστολῆς τὴν ἡδονὴν τῆς λη-
στείας ἢ λύπῃ, δι' ἣν οὐχ ἦττον ἡνιάθην ἐγὼ ἢ εἶπερ
αὐτὸς ἐτύγγανον πεπονθώς. καὶ οὐκ ἀπίθανος ὁ λόγος·
εἰ γὰρ κοινὰ τὰ τῶν φίλων, κοινὴ δὴπου καὶ ἡ τούτων
ἀφαιρέσις. ἀλλὰ τί ταῦτα συνάβημαι; πάντως ὁ
τοῦ κέρδους κρεῖττων καὶ ζημίας ἐγκρατής. ἐντεῦθεν
ἡμῖν ἡ παραμυθία. εἰ δ' ὀρθῶς γινώσκω βουλοίμην
παρὰ σοῦ μανθάνειν.

ζ'. Διοδώρῳ σχολαστικῷ.

Διήλλαξεν ἡμᾶς ὁ καλὸς Ἡρόδοτος ἅτε μουσικὸς
τυγγάνων. ὑπὲρ τὸν Ὀρφέα καὶ Θάμυριν ἐκείνον ἢ
τοῦ ἀνδρὸς μουσική. νῦν γοῦν ἐγνωμεν ἀλλήλους
ὥσπερ ἐν νυκτομαχίᾳ πρότερον πολεμῶντες, καὶ εἰ-
ρήνην συγχή. ἀλλὰ κρατῆρα στήσαντες οἶον ἐν εἰρήνῃ

pretium. At tu necopinato interpellens iussisti ne hoc
faceret, tuum esse peculium affirmans. Hinc indignatio
et bellum. Si igitur facis iniuriam, priusquam res ad
nos perveniat, desine; si speciem tantum injuriæ præbes,
veni celerrime, ut rationem apud iudices reddas. Neque
enim revera cuiquam iniuriam neque specie facere velim
amicos.

IV. Zonarno sophistæ.

Multa bona contingant egregio Epiphanio, quod nos
implevit voluptate. Nam te bonum oratorem nominans
magis tuum ingenium et mores quam dicendi vim ac
facultatem admiratus est. Scilicet, quod summum erat,
amicus candidus videbatur, et sepe me salutabat, iocans
simul cum verbis; id quod tuo nomine faciebat. Tu enim
hoc cum iusseras. Seis autem qualis ille sit gratiæ ama-
tor. Certe enim molestus simul mihi erat tuis verbis
salutem nuntiando. Tu vero in causa. Si enim exiguam
mihi misisses epistolam, accepissem plane libenter parvam
salutem dicens audiensque.

V. Ulpio.


Mali male pereant, quicumque tandem sunt, qui tanto
malo vestram domum afecerunt. Quantum enim dolorem
perceperim, verbis, ita me dii ament, non possum expri-
mere. Sed mihi sero tandem aliqua consolatio oblata
est, cuius vos participes facere æquum esse duxi; repu-
tabam enim non ex omni parte inutilem esse calamitatem.
Nunc enim liquidius cognoscetis aurum et argentum ac
splendidas vestes, quæ summa contentione vulgo expe-
tuntur, infirmam esse rem et minime constantem neque re-
vera in possidentis potestate, si quidem qui vult diripere
ac distrahere potest; doctrinas vero et sapientiam, quæ ab
imperitis deridentur ac contemnantur, stabile esse bonum
et fixum atque inconsumptum, atque omnino firmiter
ac præstantius, quam ut a latronibus eripi possit. In
hoc magis incumbite, neque amplius ad custodiam vobis
opus erit, aut manibus, aut armis, aut custodum acie.

VI. Pampo grammatico.

Ademit epistolæ voluptatem dolor latrocinio acce-
ptus, quod non minorem mihi attulit pecturbationem,
quam si ego ipse damnum accepissem. Neque est in-
credibile. Nam si amicorum bona sunt communia,
communis etiam horum scilicet est ereptio. Sed quid
hæc doleo? certe qui est omni lucro superior, nec damno
obnoxius est. Hinc nobis solatium. An vero recte sen-
tiam, abs te cupio discere

VII. Diodoro scholastico.

Reduxit nos in gratiam præclarus Herodotus quippe
musicæ scientiæ peritus. Supra Orpheum et Thamyrim
illum est hominis musica. Nunc igitur nos invicem
agnovimus, antea quasi nocturno prælio confligentes, et
pax abunde est, sed craterem statuantes ut in pace liba-



σπονδάς ποιησόμεθα θεῶν μὲν Ἑρμῆ, ἀνθρώπων δὲ Ἡροδότῃ, οἱ τὴν στάσιν ἡμῖν μάλιστα διέλυσαν. τούτοις ἀγοντες τὴν ἑορτὴν τὴν μὲν κωμωδίαν, ἢ ἀναιδέως περιτρέχουσα ἐκλαλεῖ τὰ τῶν φιλάτων, αὐτῇ σκευῇ τῶν ἐπιστολῶν ἐξελάσομεν, εἰσκαλεσάμενοι δὲ πᾶσαν φιλίαν δορυφορεῖ, τὴν πειρώ, τὴν χάριν, τὴν ἡδονήν, τὸν κρότον, τὸν ἔπαινον. τούτοις καθίσωμεν σεμνότερον θέατρον, ἀπειπόντες κωμωδίᾳ μηδὲν ἐνοχλεῖν.

η'. Ζωσίμῳ πρωτεύοντι.

Ὅτι πλέον διεσώθης εὖ οἶδα· οὐ γὰρ κατὰ ληστείαν τῆς νηὸς ἐπέβης οἷον οἱ δυνατώτατοι τῶν παλαιῶν, οὐδ' αὖ κατ' ἐμπορίαν οἷον οἱ πολλοὶ τῶν νῦν ὀνητῶν, ἀλλὰ πόθῳ φιλάτων ἀνδρῶν τε καὶ τόπων, ὥστε σοὶ τὸν Φίλιον μὴ οὐχὶ συμπλεῖν λέγειν οὐ θέμις. ἀλλὰ σοὶ γένοιτο καὶ ἡ πόλις εὐμενῆς μετὰ τὴν θάλατταν, καὶ τυχῶν τοῦ ἔρωτος παρὰ φίλων πρὸς φίλους ἐπανήκοις.

θ'. Σωπάτρῳ σοφιστῇ.

Ἐπήνεσα τοῦ καλοῦ Κωνσταντίνου τὸν τρόπον, τὴν τύχην μεμψάμενος· ἔδει γάρ, εἰ μακάριος ἦν, μιᾶς ἀπολαύειν πόλεως τῆς πατρίδος. νῦν δὲ (οὐ γὰρ ἐδόκει τῇ τύχῃ) πολλῶν ἀνθρώπων ἶδεν ἄστεα, πλανᾶται δὲ κατὰ ζήτησιν βίου, καὶ τὴν ἀπορίαν ἀποσεμνύνει ἀναγκάζεται, ποιητικὴν ἐπαγγελλόμενος οὐκ ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἀλλ' ἐξ Ἰταλίας πεποιημένην. φοβεῖ γοῦν βαρὺ τι καὶ ὑπέρογκον. μετὰ ταύτης προσελθὼν ἐδεῖτό μου συμμαχεῖν, ἐγὼ δὲ σοῦ. πάντως δὲ καὶ σὺ διασώσεις πρὸς ἕτερον.

ι'. Ζωσίμῳ σοφιστῇ.

Εἰ μὲν νέος ἦν ὁ χρηστός Παῦλος, ποιητὴς δὲ, τιμῆς ἀξίος ἦν· νῦν δὲ ποιητὴς καὶ γέρων, ἀμφοτέρω δὲ ταῦτα τοὺς θεραπεύειν εἰδότας ἐπιζητεῖ. τούτων ἐθέλεις εἶναι καὶ πρῶτος καλῶς γε ποιῶν. ἔχεις οὖν ὃν εὖ ποιήσεις.

ια'. Μαρινιανῷ ἀπὸ ὑπάτων.

Τῶν ἐμῶν γυμνασίων ὁ καλὸς Πόντων φιλοπονία τοὺς ἄλλους παραδραμῶν (μέγα δὲ τοῦτο συμβάλλεται πρὸς μαθημάτων συλλογὴν) ἀμέλει βητρικῆς ἐγνώ παλαίσματα, καὶ νόμων προσέθηκε ποικιλίαν καὶ οὐπω τῶν πόνων ἐμπέπταται, ἀπῆρε δὲ πρὸς ὑμᾶς ὥσπερ ἀγαθὸς ἀθλητὴς εἰς Ὀλυμπίαν ἀποδημῶν, ἤδη μὲν εἰς ἀγῶνα παρεσκευασμένος καλῶς. εἰ δὲ ὑμεῖς ἐμπνεύσετε, ὀλυμπιονίκην εἶναι τὸν νέον μαντεύομαι. γένοιτο δὲ ὑμᾶς λαμπρῶς ἀγωνοθετεῖν καὶ ἄλλα τιθέναι οὐ πυγμῆς καὶ πάλης ἀλλὰ λόγων καὶ σωφροσύνης. προσφθέγομαι τὸν ἐνδοξότατον Βίκτορα καὶ τὸν περίβλεπτον Στέφανον καὶ τὸν χαριέστατον Ἰωάννην καὶ τοὺς ὑμετέρους οἰκείους καὶ ἐμοὺς ἐταίρους.

mina faciamus ex diis Mercurio, ex hominibus Herodoto, qui controversiam inter nos vix tandem composuerunt. His festum agentes comœdiam, quæ impudenter circumiens effutil res amicissimorum, ipso cum apparatu suo ex epistolis eiciamus, introducetes quæ omnem amicitiam stipant ac custodiunt, persuasionem, gratiam, voluptatem, plausum, laudem. His gravius et honestius theatrum constituamus, renuntiantes comœdiæ ne molesta sit.

VIII. Zosimo principi.

Quod e navigatione salvus evaseris, probe scio. Non enim constituendi latrocinii causa navem conscendisti, quemadmodum apud veteres qui potentia valebant præ ceteris, neque vero negotiandi, quemadmodum hoc nostro sæculo plurimi mortales, sed desiderio amicissimorum hominum ac locorum, ut Iovem amicitiae præsidem non tibi inter navigandum adfuisse, dicere nefas sit. Sed precor, ut etiam civitas tibi post mare proposita sit, et amore munitus ab amicis ad amicos revertare.

IX. Sopatro sophista.


Laudavi præclari Constantini mores, fortunam reprehendi. Oportebat enim, si beatus esset, una civitate patria frui. Nunc autem (aliter enim visum est fortunæ) multorum hominum urbes lustravit. Oberrat autem parandi victus causa et egestatem cohonestare cogitur, poeticam artem professus non e Græcia sed ex Italia profectam. Strepit igitur graviter et ultra dignitatem. Cum hac accedens rogabat me ut sibi auxilio essem, ego rursum to. Non dubium est mihi, quin tu quoque salvum sis ad alium perducturus.

X. Zosimo sophistæ.

Si juvenis esset optimus Paulus et poeta, honore dignus esset. Nunc et poeta est et provectus ætate. Hæc ambo requirunt qui se colere sciant. In horum societate cupis esse vel primus et merito quidem. Habes igitur, de quo bene merearis.

XI. Μαρινιανῷ ἀπὸ ὑπάτων.

In exercitiis, quæ sunt apud me, egregius Ponto, cum studio ac labore ceteros præterisset (multum autem hoc ad disciplinarum comprehensionem prodest), deinceps rhetorices imbibit exercitamenta et legum adiecit varietatem, neque adhuc unquam laboribus inpletur. Profectus est autem ad vos tanquam bonus pugil ad Olympia contendens, iam ad certamen ineundum bene paratus et instructus. Quod si vos inspiraveritis, equidem Olympionicem fore juvenem vaticinor. Liceat autem vobis splendide ludos instituire ac præmia ponere non castuum ac luctæ, sed orationis ac sapientiæ. Saluto nobilissimum Victorem et inclitum Stephanum, item gratiosissimum Ioannem et vestros familiares meosque sodales.



ιβ'. Ἐπιφανίῳ σοφιστῇ.

Τοῖς μὲν ἄλλοις ἔρασταῖς καὶ ὑπόδημα τοῦ ἔρωμένου φανέν ἱκανὸν παραμυθεῖσθαι τὸν ἔρωτα, σὺ δὲ καὶ ψυχῆς καὶ σώματος εἰκόνας ἐπιζητεῖς. οἱ μὲν οὖν λόγοι τὴν διάνοιαν σαφῶς ἐρμηνεύοντες αὐτὴν ἀτεχνῶς ὑπογράφουσι τὴν ψυχὴν. ἐπ' αὐτὸ γοῦν τοῦτο πρὸς ὑμᾶς ἀπήραν· ἐμοὶ δὲ ἦν δεδογμένοι μηκέτι τοῦ εἰδούλου τὸ εἶδωλον ἐγκαταγράφειν. ἀλλ' ὅμως αἰσχυνοῦς τὸν ὑμέτερον ἔρωτα, προσκαλεσάμενος τὸν τὰ ζῶα γράφοντα καὶ ἐναντίον καθήμενος, ἀτρεμίζοντι τῷ προσώπῳ σεμνῶς πάνυ σιγῶν καὶ ἐμαυτὸν περιστέλλων ἀφήκα τὴν τέχνην τῇ φύσει συνάπτεσθαι. καὶ τοῦμὸν εἶδος ἀναρπάσασα ἢ τοῦ ζωγράφου δεξιὰ τοῖς χρώμασιν ἐγκατατίθεται φέρουσα, καὶ νῦν ἐστὶ παρὰ σοί, ὡς ἐξεῖναι καὶ διαλέγεσθαι καὶ ὄραν καὶ τῶν ἐμοὶ παρόντων μηδὲν ἔλαττον ἔχειν. διακονεῖ δὲ ἡμῖν ὁ καλὸς Εὐθύμιος, καὶ ὑπὲρ τούτου θάλατταν ἠδέως ὑπομένει, ὃ τοῖς ἀντρασταῖς χαλεπὸν εἶναι δοκεῖ. ἀλλὰ θεραπεία τοὺς πόνους αὐτῷ συγκαλύψομεν.

ιγ'. Ἐγκρατίῳ.

Χθὲς παιδαγωγὸς ἦν ὁ σήμερον ὑπὸ παιδὸς ἀγόμενος, καὶ σεμνὸς ἐδόκει τοῖς νέοις ὁ νῦν ἔλαεινός οὕτω φαινόμενος. τοιοῦτον ἢ τύχη. τί οὖν; ἡμεῖς συναγθόμεθα μὲν, οὐ βοηθοῦμεν δέ; μὴ σύ γε. εἰ στρατιώτης ἦν, εἴτ' ἐξαίφνης αὐτοῦ τὴν δεξιάν, δι' ἧς ἠρίστευσεν, ἢ τύχη παρείλετο, ἄρ' οὐκ οἶει τοὺς μαρομένους τῶν στρατιωτῶν τῶν λαφύρων αὐτῷ εἰς ἔρπον φέρειν τὸ μέρος; μὴ τοῖνον ἡμεῖς οἷς ἀπὸ τῶν λόγων ὁ βίος, τῶν ἐν τοῖς ὅπλοις ζώντων φαυλότεροι πρὸς φιλίαν ὀφθεῖναι.

ιδ'. Ἰωάννη πρεσβυτέρῳ.

Τὰ λάχανα νῦν μᾶλλον εἶδον ἠδέως ἢ πάλαι τὸν ἐκ μέλιτος καὶ ἀμυγδάλων συμπλακέντα κύκλον. τότε μὲν γὰρ ἢ κατὰ τοῦ παιδὸς διαβολὴ ἀφηρείτο τοῦ μέλιτος τὴν ἰδονήν, νῦν δὲ ἢ τοῦ τρόπου πραότης χρυσᾶ μοι δοκεῖν ἐποίει τὰ λάχανα. ἡδὺ γὰρ πατήρ οὐκ ἐκ διαβολῆς ὠργισμένος ἀλλ' ἐπ' ἀρετὴν εὐνοίας εἶναι παρακλιῶν καὶ ἐγείρων εἰς προθυμίαν αὐτῷ τὸν διδάσκαλον.

ιε'. Στεφάνῳ πρεσβυτέρῳ.

Οὐ νῦν πρῶτον ἀλλὰ σοὶ πάλαι διελέχθη. ἦν δὲ ἡμῖν ὁ λόγος παρὰ τῷ Νείλῳ, οὗ παρὰ τὰς ὄχθας τότε ταῖς Μούσαις συνεπαίζομεν· ἐκεκόμψευτο δὲ καὶ γελαῖν ἐδόκει σπουδάζων ὁ λόγος. κάλλους ἦν ἄγων, χριταὶ δ' ἦσαν οἱ Ἕλληνας, ἀγωνισταὶ δὲ Νιρεὺς, ὃς κάλλιστος γένετ' ἐπιχθονίων ἀνθρώπων, καὶ Θερασίτης, ὃς αἰσχιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε. καὶ τὸ χαριέστατον, τὸ πλέον ἔχειν ὁ Θερασίτης ἤξιον, καὶ παρέσχεν αὐτῷ τὸ ἄθλον ὁ λόγος, καὶ οὐδὲν ἐκώλυσε ἢ τοῦ Ὀμήρου κωμωδία μέρος ἕκαστον τοῦ σώματος ἀπὸ τοῦ πάθους

XII. Epiphaniio sophistæ.

Reliquis amatoribus si vel calceum amati videre liceat, satis est ad dandam amori consolationem : tu vero et animi et corporis imagines requiris. Sermones igitur mentem perspicue explicantes ipsum animum aperte describunt et quasi videndum subiciunt. Huius igitur ipsius rei causa ad vos profecti sunt. Ego vero certum constitutumque habebam non amplius imaginis imaginem inscribere. Sed tamen amore vestro ac reverentia motus, accersito eo, qui pingit animantes et exadversum sedens quieto vultu plane serio facens et me ipsum componens permisi ut artem naturæ conjungeret. Atque meam formam arreptam pictoris dextera coloribus format, et nunc est apud te, ut possis et colloqui et videre neque minus habere iis, qui mecum vivunt. Inservit nobis optimus Euthymius et eius causa lubenter et eum voluptate mare tolerat, quod rivalibus arduum esse videtur. Sed observatione et cura labores ei mitigantes quasi occultabimus.

XIII. Encratio.


Heri pædagogus erat qui a pueris hodie ducitur, et magna auctoritate erat apud pueros qui nunc adeo miserabilis apparet. Eiusmodi res est fortuna. Quid igitur? nos miseremur, at auxilium operamque non afferimus? Noli tu. Si cuipiam, qui militiam sequitur, repente dextram, qua se strenuum præbuerat, eripisset fortuna, an non censes pugnantes milites de spoliis ei partem ad lucrum esse tributuros? Ne igitur nos, quibus victus ex disciplinis et artibus est, deteriores ad amicitiam videamur quam qui in armis vitam degunt.

XIV. Joanni presbytero.

Leguminibus nunc magis delectatus sum quam olim orbe ex melle et amygdalis confato. Tum enim pueri calumnia mellis dulcedinem auferebat, nunc morum lenitas effecit, ut aurea mihi videantur legumina. Suavis enim est pater, qui non ex calumnia irascitur, sed qui ad virtutem excitat atque id agit, ut præceptor prompto sit animo et alacri.

XV. Stephano presbytero.

Non iam primum sed olim tecum locutus sum. Erat autem nobis sermo apud Nilum, ad cuius ripas tum Musis colludebamus. Iocabatur autem et ridere videbatur seria oratio. De pulchritudine certamen erat. Iudicium dabatur Græcis. Certabant vero Nireus, qui formosissimus fuit omnium hominum super terram, et Thersites, qui turpissimus omnium sub Ilium venit, et, quod iucundissimum erat, Thersites palmam volebat auferre, et præbuit ei præmium oratio neque quicquam impedimentum fuit Homeri comædia, quamlibet corporis



ὀνομάζουσα καὶ μέχρι τριγῶς γελῶσα τὸν ἄνθρωπον. τὰ μὲν οὖν τότε συνέπαιζες τοῖς ἀχροαταῖς, νῦν δέ σε σπουδάζειν ἀκούω καὶ τοῖς ἱεροῖς τὸ καλὸν δόγμα κηρύττειν καὶ λόγῳ μεταρρυθμίζειν τῶν πολιτῶν τὸν τρόπον. καὶ νῦν ὁ οἰκοδόμος καὶ τέκτων ἔχουσί τι περὶ τῶν θεῶν εἰπεῖν, καὶ περὶ ἀρετῆς μεταξὺ τῆς ἐργασίας διαλέγονται οἱ πρὸ τῶν σῶν λόγων λίθους καὶ ξύλα λαλοῦντες. ἀλλὰ πολλὰ καγαθὰ γένοιτο Εὐστρατίῳ τῷ καλῷ ὅτι πολλὰς πόλεις διαδραμῶν τοῦ σοῦ ὀνόματος πάσας ἐνέπληξε· μηδεὶς γὰρ ἀγαθὸς λανθανέτω. οὗτος καὶ ταύτην ἀνέπεισε τὴν ἐπιστολὴν ὡς ὑμᾶς εἶναι, ἐλπίδι μετεωρίσας καὶ μείζον' ὑποσχόμενος, χρύσεια χαλκείων, ἀντὶ τῆς ἡμετέρας τὴν ὑμετέραν ἐπιστολὴν. ἀλλὰ μὴ καλῆς ἐλπίδος διαμαρτοίμεν.

ιβ'. Σαραπίωνι.

Τὸ παρ' ὑμῖν ἀκήκοα δρᾶμα, καὶ αὐτὴν ἐδάκρυσα τὴν γῆν, εἰ ἐκ τῶν ἱερέων ὁ πόλεμος ἀρχεται, παρ' οἷς εἰρήνη τὸ κήρυγμα. εἰ γὰρ ὅθεν ἔδει σεσῶσθαι, ἐντεῦθεν ἀπολλύμεθα, τίς πόρος σωτηρίας ἡμῖν καταλείπεται; ταῦτα μὲν οὖν εἶποι τις ἂν οἶμαι θρηνηῶν, ἐγὼ δὲ συνάχθομαι καὶ συνήδομαι· ἀνιάρθον μὲν γὰρ τῶν κινδύνων ἢ πείρα, ἀκριβεστάτη δὲ μεγαλοψυχίας βάσανος ἢ ἐν τοῖς κινδύνοις εὐψυχία. ποία γὰρ ἀρετῆς κτήσις, ἧς ἀγὼν μὴ προηγέσαστο; εἰ μὴ καὶ στρατηγὸν φαίης ἄριστον τὸν μηδεπώποτε κατιδόντα πολέμιον. φέρειν δὲ δεῖ καὶ μὴ ἀθυμεῖν· ἐκ πολέμου γὰρ ἡμῖν εἰρήνη βεβαιούται· εἰ δὲ μὴ, τὸν πόλεμον διενέχοιμεν. ἀλλ' οἷα δρᾶτε τοὺς φίλους, ἐγὼ τῆς βῆτορικῆς ἐρᾶν πρὸς ὑμᾶς ὡμολόγουν, ἐλπίσας παρ' ὑμῶν εὐρήσειν τὸ φάρμακον, ἀλλὰ τούναντίον γέγονεν· ἠύξήσατε γὰρ μᾶλλον ἢ διελύσατε τὸν ἔρωτα, θέατρον τῇ ἐπιστολῇ συλλέγοντες καὶ κρότον διεγείροντες. πῶς οὖν ἂν τις ἀτιμάσει τὸ παρ' ὑμῶν ἐπαινούμενον;

ιγ'. Διονυσίῳ σοφιστῇ.

Πάλαι μὲν τὸ Πήλιον κοινὸν διδασκαλεῖον τῶν ἡρώων ἐδόκει, νυνὶ δὲ ἡ ὑμέτερα καὶ τῶν Μουσῶν πόλις. καὶ ἐπίστευσαν οἱ πατέρες τοὺς υἱεῖς αὐτοῖς ὡς ὑμᾶς φοιτῶντας ἢ λόγους μαθάνειν ἢ λόγους εἰδέναι δοκεῖν. καὶ θαυμαστὸν οὐδέν· ἢ γὰρ πόλις ἀρχαία καὶ παλαιὰς μυθολογίας γέμουσα, περὶ ἧς ἄδεται ἄλλα τε πολλὰ καὶ καλὰ καὶ ὅτι Καλλιόπη θαυμάζουσα τὴν πόλιν ὑμῖν παρακάθηται τὸν Ἑλικῶνα παραθέουσα καὶ τὰς ἀδελφὰς αὐτῇ πείθει συνοικεῖν. ὁ δὲ Ἑρμῆς πάντως οὐκ ἀνέξεται μὴ οὐ συμπιζέειν ταῖς ἀδελφαῖς, ἀλλὰ καὶ Ἀπόλλων μουσικὸς ὢν θεὸς ταύτης ἐρᾷ μᾶλλον ἢ τοῦ Παρνασσῶ. οὐ γὰρ παραπλήσιον αὐτῷ δοκεῖ μάγαιρα Δελφῶν καὶ τὸ κάλλος τῶν παιδικῶν οὐδὲ πέτρα Δελφῶν καὶ τῆς δάφνης τὸ ἄλσος, ἐνθα καὶ τὸ ὕδωρ ἐπαισιθάνεται τοῦ θεοῦ καὶ τι μουσικὸν ὑπηγεῖν λέγεται. τὸ δὲ κάλλιστον, ὁ Διόνυσος διδά-

partem ab incommodo ac perversitate nominans, et usque ad capillos hominum deridens. Tunc igitur iocabare cum auditoribus. Nunc autem audio te serio rem agere atque sacris præclarum dogma prædicare et oratione civium mores transmutare. Et nunc ædificator atque faber possunt de divinis verba facere et de virtute inter opus faciendum disserunt, quibus ante tuas orationes lapides ac ligna erant in ore. Sed bene sit optimo Eustratio, qui multis urbibus peragratis tuo nomine omnes implevit. Nemo enim bonus lateat. Hic etiam persuasit, ut hanc epistolam ad vos mitterem, in spem adducens et maiora promittens, aurea pro æneis, pro nostra vestram epistolam. Sed tu operam dato, ne pulcherrima spes nos fallat.

XVI. Sarapioni.

Drama, quod apud vos contigit, audivi, et ipsam terram luxi, si a sacerdotibus bellum initium ducit, apud quos pax prædicatur. Si enim unde salus proficisci debeat, hinc perniciæ ac perditio existit, quænam ratio salutis nobis reliqua est? Hæc igitur nemo, ut opinor, sine lacrimis dicere possit. Ego vero simul doleo et una gaudeo. Tristis est enim periculorum experientia, at exquisitissima magnanimitatis probatio, bonum animum in periculis gerere. Qualis enim virtutis possessio, quam certamen non præcesserit? nisi etiam ducem strenuum ac præstantem dicas, qui nunquam in hostium conspectum venit. Ferendum est autem, neque animus est abiciendus. Ex bello enim pax nobis confirmatur et vires colligit. Sin minus, porro ferendum est bellum. Ego me rhetoricam amare professus sum apud vos, spem habens me impetraturum a vobis remedium, sed contrarium evenit. Auxistis enim magis quam exstinxistis amorem, theatrum epistola colligentes et plausum excitantes. Quomodo igitur possim hoc non in pretio habere, quod a vobis laudibus afficitur?

XVII. Dionysio sophistæ.

Olim Pelium communis docendorum heroum ludus videbatur, nunc vestra et Musarum civitas. Et crediderunt parentes filios suos, qui ad vos accederent, aut artes liberales ac disciplinas discere aut tenere iam videri. Neque mirum. Urbs enim antiqua et veteris doctrinæ plena, de qua cum alia multa et egregia celebrantur, tum Calliopen admiratam civitatem apud vos consedissee et Helicone relicto et sorores ut secum habitarent persuasisse. Mercurius autem facere omnino non potuit, quin cum sororibus colluderet. Sed et Apollo, qui musicus deus est, plus hanc amat quam Parnassum. Non enim ei simile videtur gladius Delphorum et amasiorum formositas, neque Delphorum rupes et lauro consitus lucus, ubi etiam aqua deum sentit et musicum quiddam sonare dicitur. Quod vero pulcherrimum est;

σκιων ὡς ἀληθῶς τὰς τῶν θεῶν τελετάς. ταῦτα διε-
γείρει πρεσβύτας, ταῦτα συγκαλεῖ νέους, διὰ ταῦτα
καλὴν ἐλπίζω τὴν εὐπορίαν γενέσθαι τῷ νέῳ, ἄλλως τε
καὶ ὅτι προτετελεσμένος καὶ τῶν παρ' ἡμῖν καλῶν ἐν
παρασκευῇ γενόμενος ἀπῆρεν, ὡς Ἀθήνησιν οἱ τὰ μικρὰ
μυστήρια προτελούμενοι τῶν μεγάλων. δέξου τοίνυν
εὐμενῶς τὸν νεανίσκον, δοκιμάζων αὐτοῦ τὴν φύσιν
ἐκ τῆς νῦν ἐπιθυμίας, δι' ἣν καὶ θαλάτταν πλεῖ καὶ
πολλὴν ἡπειρον ἐλαύνει οὐ μάλα ἐρρωμένῳ τῷ σώ-
ματι. ἐγέτω δέ τι καὶ μείζον διὰ τὴν ἐπιστολήν.
δεῖ γὰρ ταύτην θαρρεῖν μηδ' ἀμῶς τε ἐρυθριᾶν νῦν
πρῶτον ὡς ὑμᾶς φοιτῶσαν, ἐρωτικῶς τε προσέειπαι καὶ
τι πρὸς αὐτὴν ἡδέως λαλεῖν. οὕτω πολλάκις ὡς ὑμᾶς
αι.

η'. Θεοδώρῳ σοφιστῇ.

Ἔστω Σμυρναῖος Ὅμηρος. Ἀριστείδης κοινω-
νεῖτο τῆς φιλοτιμίας. ὁ ἐμὸς ῥήτωρ Θεόδωρος. πάντως
ἐμὸν καὶ τοῦτο, εἶγε τὰ τῶν παίδων καλὰ τοῦ πατρὸς
εἶναι νομίζεται. ἀλλ' εὖγε τῆς ὑμετέρας εὐφωρίας,
δι' ἣν τῶν Ἀθηναίων οἱ παῖδες οὐ παρὰ τῶν πατέρων
παρὰ δὲ τῶν Σύρων ἀττικίζειν ἀξιοῦσι μαθάνειν.
οὐκέτι γοῦν εἰς τὸν Πειραιᾶ καταίρουσιν οἱ τῆς ἀκα-
δημείας ἐρῶντες, οὐδὲ φοιτῶσι παρὰ τὸ Λύκειον, παρ'
ἡμῖν τὴν ἀκαδημειαν καὶ τὸ Λύκειον εἶναι νομίζοντες.
ἐγὼ γοῦν ἱκανὰς ἔχω παρ' ὑμῶν τὰς ἀμοιβάς, εἰ
καμὲ πρόγονον δι' ὑμᾶς ἄσουσιν Ἴωνες καὶ τῆς ἐμῆς
ψυχῆς τὰς εἰκόνας καθαρῶς θεωροῦντες ἡδὴ καὶ τοῦ
σώματος τὸ εἶδος ὑπογράφουσιν. ἡ δὲ παρ' ὑμῶν
στολὴ ἐμοὶ μὲν λαμπρότερον ἀποφαίνει τὸ σχῆμα,
σοὶ δὲ καλλίω τὴν φήμην ἐργάζεται.

ιθ'. Γεσσίῳ ἰατροσοφιστῇ.

Ἐμὸς Προκόπιος. γενέσθω δὲ σοὶ Ἐλπίδιου παῖς,
ὃν ἠβουλόμην εἶτι ζῆν, δι' ὃν ἤχμασε παρ' ἡμῖν ἰα-
τρικῇ. ἀλλὰ γὰρ χαλεπὸν περὶ τοὺς λόγους φιλοπο-
νεῖν καὶ τὸ σῶμα καλὸν διασώζειν. οἷα γοῦν
πέπονθα ἐγὼ μὲν ὑπέγραψον, ὑμεῖς δὲ ὥσπερ
θεαταὶ τοῦ πάθους γεγόνατε. ἀλλὰ τί δράσω; βαρεῖται
μὲν αἰ τῶν νεφρῶν οἰνῶναι καὶ δξείαι, ὑμεῖς δὲ βραβεῖς
ὡς εἶοικε γάρνιν διδόναι. ἡ πόσον χρόνον ἐπιστέλ-
λομεν; τῷ δὲ κάμνοντι καὶ ἡμέρα μία πολλῶν ἐτῶν
περίοδος. ἡ οὐ φιλοσοφοῦντι τὸ πάθος βαρύτερον;
οὐχ ἡ τέχνη παρὰ σοί, οὐχ ἔτοιμος ἡ τοῦ φαρμάκου
κατασκευή; τί οὖν ἐμποδῶν, πλὴν εἰ μὴ τῆς εὐνοίας
ἐπιλέλησαι, εἶγε ἀμεινον ἀγνοίας μᾶλλον ἢ κακίας
κρίνεσθαι; χαλεπαίνει γοῦν ὁ δικαστῆς οὐ πρὸς
ἀγνοοῦντα ἀλλὰ πρὸς ἐβελοκακοῦντα. ἀλλ' ὡς τῆς τῶν
ζηλιτῶν προδοσίας. εἶτι μὲν ἡ νόσος παρ' ἐμοί,
εἶτι δὲ τὸ φάρμακον παρὰ σοί, ἀλλὰ μεταξὺ λόγου τῷ
πάθει πληττόμενον.

κ'. Τῷ αὐτῷ.

Ὁ καλὸς Νεμεσίῳ ἀπὸ τῆς τῶν νόμων ἐπιστήμης

Bacchus docens revera deorum ceremonias ac mysteria.
Haec comparata sunt ad excitandos senes, ad convocandos
juvenes. Ob haec in spem venio optimam iuveni copiam
fore, praesertim quod prius initiatus et nostris muneribus
instructus profectus est, quemadmodum Athenis qui
parvis mysteriis ante magna initiantur. Recipe igitur
benigne iuvenem et eius ingenium ex praesenti cupiditate
perspectum habe, ob quam et mare navigat et per ma-
gnam Epiri partem iter facit non admodum valenti cor-
pore. Tribuatur ei etiam propter epistolam aliquanto ma-
gis. Hanc enim audacem esse oportet neque ulla ratione
pudore affici, nunc primum ad vos euntem; velim au-
tem eam amantissime excipi et blandis verbis salutari.
Sic ad vos commeabit saepius.

XVIII. Theodoro sophistæ.

Sit Smyrncensis Homerus. Aristides veniat in societatem
honoris: meus rhetor Theodorus. Plane meum est etiam
hoc, si quidem liberorum bona patris esse iudicantur.
Sed euge nostram vestrae orationis concinnitatem, propter
quam Atheniensium liberi non a patribus verum a Syris
Atticam linguam cupiunt perdiscere. Non amplius igitur
in Piræcum appellant, amantes Academiæ, neque Lyceum
frequentant, apud nos Academiam et Lyceum arbitrantes
esse. Mihi igitur satis a vobis redditum est gratiæ, si
etiam patrem me fones propter vos celebrabunt, et animi
mei simulacra dilucide cernentes, iam etiam corporis
formam describunt et effingunt. Stola vero a vobis
profecta mihi splendidiorem gravioremque figuram ad-
dit, tibi illustriorem clarioremque famam efficit.

XIX. Gessio iatrosophistæ.

Meus Procopius. Sit autem tuus Elpidii filius, quem
velim adhuc in vita permanere, propter quem viguit apud
nos medendi scientia. Etenim difficile est disciplinis
studium operamque navare et corpus integrum conser-
vare. Quæ igitur passus sum, ego quidem depinxi, vos
autem quasi spectatores incommodi et calamitatis vos
prebuisistis. Sed quid faciam? Graves enim sunt renum
dolores et molesti, vos autem tardi, ut apparet, ad
dandum beneficium. Diu est quod scribo. Ægrotanti
vero dies unus etiam annorum est circuitus. An non
philosophanti morbus gravissimus? Non ars apud te,
non instructa est medicamentorum apparatus? Quid igitur
obstat, nisi quod amicitia ac benevolentiae oblitus es?
Melius est enim imprudentia quam malitia adscribere.
Succenset certe iudex, non qui per imprudentiam, sed
qui ultro ac sua voluntate scelus patravit. Sed quasi
amicissimorum proditio sit, morbus adhuc est necum,
remedium vero tecum: sed inter loquendum morbo per-
cellor.

XX. Eidem.

Praclarus Nemesio, ob legum peritiam laudatus, ma-



ἐπαινούμενος ἀπὸ τοῦ τρόπου μᾶλλον ἔτι θαυμάζεται. τί τούτου κάλλιστον σημεῖον; φίλους οἷδε θηρεύειν, καὶ εἴ ποτε πρᾶττουσι μὲν συνήθεται, πεπονθόσι δὲ οἷα περ οὐκ ἔδει συνάχθεται. βουλοίμην μὲν καὶ σὲ πρὸς τῇ ἄλλῃ φιλοσοφίᾳ καὶ τοῦτο μελετᾶν· μελετήσεις δὲ τῶν ἀπόντων φίλων ἢ τῶν παρόντων μεμνημένος. ἕως μὲν γὰρ ἂν τὰ πάθη λανθάνη, καὶ τὰ φάρμακα ἐν μέσῳ κείμενα λανθάνει, καὶ ἀκμάζει περὶ τὴν θεραπείαν ἢ πλάνη· ἢ δὲ τοῦ πάθους διάγνωσις οἷον φῶς ἐξέλαμψε τῇ τέχνῃ, καὶ διανοίγει τὴν τῶν φαρμάκων περιουσίαν, καὶ οὐκέτ' ἀμφίβολον τὴν θεραπείαν συνεισφέρει. ὑπεγράψαμεν τὸ πάθος, εἴ τί που μέμνησαι, ὡς συχνῇ προηγέσατο κίνησις, ὡς πολλῇ συνηκολούθησεν ἀντὶ τῆς περιττῆς ὑγρότητος ἢ τοῦ αἵματος ῥύσις, ὡς ἡσυχία καὶ δίαιτα τὸ πάθος συνεσχίαζε. καὶ πάλιν κίνησις καὶ πάλιν αἵματος ῥύσις, καὶ αὖθις ἡσυχία καὶ δίαιτα, καὶ ὡς οὐκέτι τὸ πάθος συνεχρύπτετο, ἀλλὰ στύψις ἐπέκειτο τὸ μὲν πρῶτον μετρία, εἴτ' οὐκ ἀγεννῆς, τελευτώσα δ' ἀφόρητος, αἰκίζομένη καὶ ἐνδοθεν ὑβρίζουσα καὶ ὄλωσ τὸν ὀμφαλὸν σπαράττουσα. τί γὰρ ἂν τις πρὸς ὑμᾶς ἀποκρύπτοιο, ἃ δημοσιεύειν ἢ φύσις οὐκ αἰσχύνεται; μᾶλλον ἐν ἔτι καταλείπεται φάρμακον τῷ πάθει μονομαχεῖν, πλὴν εἰ μὴ ὑμεῖς ὑπὸ σοφίας ἕτερον ἐξεύροιτε, ὃ διὰ τῆς πόας συμπλεγμένους κύκλος ἦν φυσαλλίδα μάλα σεμνῶς ὀνομάζουσι τῶν ἰατρῶν οἱ παῖδες. τουτὶ γὰρ μόνον ἱκανὸν τὰς τοῦ νοσήματος ἐνέδρας καὶ λόγους ἀμύνεσθαι.

κα'. Δωροθέῳ πρεσβυτέρῳ.

Οἱ μὲν πολλοὶ τὸ δὴ λεγόμενον ἀνίπτοις ποσὶν ἐπιπηδῶσι τοῖς ἱεροῖς, καθάπερ ὁ τοῦ Πλάτωνος χαλκεὺς ἐκεῖνος ὁ φαλακρός, ὃς ἔτι καπνοῦ καὶ δυσωδίας ὄζων ἐπανάστη τῇ δεσποίνῃ. σὺ δὲ ἐξ ἱεροῦ διαβαίνεις εἰς ἱερόν, ἐκ φιλοσοφίας εἰς ἱερωσύνην. ὃ δὲ τὴν ἐπιστολὴν κομίζων ἱερῶν ἐστὶν ὑπέρτης. οὐκαὶν σὸς οὔτος. ἐρᾷ δὲ ἡσυχίας, καὶ οὐκ οἶδ' ὅπως μαθὼν ὄρος εἶναι Θεῷ κεχαρισμένον δι' ἐρημίαν εἰς ἡσυχίαν ἐπιτήδειον πρὸς ἐκεῖνο πορεύεται. ἀλλ' ἢ ἐμποδῶν ἀπορία καὶ τῆς ἀπορίας αἰ μὴχαναί, ἃς δύνασαι διαλύειν τοῖς ἐν μέσῳ τῆς χώρας ἱερεῦσι κελεύων μέχρι τοῦ ὄρους διασώζειν τὸν ἄνθρωπον.

κβ'. Διοδώρῳ σχολαστικῷ.

Εἰ πόλεμος ὑμᾶς πρὸς ἀλλήλους πολλὰ κελεύει λαλεῖν, εἰρήνη δὲ συχνὴν ἐπάγει τὴν σιωπὴν, μόνος οὔτος ὁ πόλεμος εἰρήνης κρείττων ἐστὶ. τί γὰρ χαριέστερον ἢ θαμὰ παιδικοῖς ἀδολεσχεῖν; λύσωμεν τοῖνον ἢ τὴν εἰρήνην ἢ τὴν σιωπὴν. μὴ γὰρ τοὺς φίλους, μὴ γὰρ τοὺς ῥήτορας σιωπῶντας ὁ ἥλιος κατίδει.

iorem de suis moribus admirationem omnibus præbet.


Quodnam huius evidentissimum signum? amicos venari novit et secundis eorum rebus lætatur; cum autem secus quam oportebat aliquid accidit, dolet. Velim te præter reliquam philosophiam hoc etiam studere. Studebis autem si absentium et præsentium amicorum memoriam æque teneris. Donec enim morbi latent, etiam remedia in medio posita latent, et dominatur in curatione error. Morbi vero cognitio quasi lumen quoddam arte refulget et aperit remediorum copiam, neque dubiam amplius et ancipitem curationem affert. Descripsimus morbum, si quid meministi, quod creber antecesserit motus, quod copiosus insecutus sit pro superflua humiditate sanguinis fluxus, quod somnus et cibus morbum allevarint. Et iterum motus iterumque sanguinis fluxus, et rursus quies ac cibus, et quod non amplius recesserit morbus, sed constrictio urserit, primo mediocris, deinde non exigua, postremo intoleranda, verberans intusque premens et umbilicum convellens. Quidnam quis celet apud vos, quæ in publicum efferre natura non pudet? Immo unum adhuc reliquum est remedium cum morbo solitariam pugnam facere, nisi vos pro vestra sapientia aliud quippiam invenientis: ex herba constans et complexus orbis, quam physallidem graviter admodum nominant medici. Hoc enim solum poterit ægrotationis insidias ac dolos repellere.

XXI. Dorotheo presbytero.

Vulgus illotis, ut aiunt, pedibus ad sacra accedit, quemadmodum Platonis faber ærarius ille calvus, qui adhuc fumi plenus et graviter redolens ad dominam accessit. Tu vero a sacro ad sacrum transis, a philosophia ad sacerdotium. Qui vero tibi litteras tradit, sacrorum est minister. Igitur hic tuus est. Amat otium et tranquillitatem, ac nescio quomodo cum didicisset montem esse Deo consecratum propter solitudinem otio convenientem, ad illum proficiscitur. Sed obstat egestas et egestatis machinæ, quas poteris reprimere, si mandaveris sacerdotibus qui sunt in media regione, ut ad montem usque hominem alant et conservent.

XXII. Diodoro scholastico.

Si bellum nos multa invicem conferre et colloqui iubet, pax autem silentium infert, solum hoc bellum est præstantius pace. Quid enim iucundius quam una jocos ac nugas agere? Solvamus igitur aut pacem aut silentium. Ne enim amicos, ne oratores taciturnos sol adspiciat.



κγ'. Ἐπιφανίῳ σοφιστῇ.

Εἰς κάλλος ζῆν ἢ γράφειν μεμελέτηχεν ἢ δεδώκαμεν τὴν ἐπιστολήν. δύναται δὲ καὶ εὐδαιμονοῦσαν οἰκίαν τῶν κεκτημένῳ διασώζειν καλῶς. πόσοι γοῦν τοῦ βίου κοινωνὸν ἔχειν ἐβούλοντο, ὃ δὲ τῆς πατρίδος μᾶλλον ἢ περιουσίας ἐρᾷ. πολλὰς δὲ πόλεις καταμαθῶν οἷά τις Ὀδυσσεὺς ὡς ὑμᾶς οἶα πρὸς Ἀλκίνοον ἀφίχται. καὶ ὃ μὲν ὑμῖν διηγῆσεται τὴν πλάνην οἷον ἐκεῖνος ἐκείνῳ, ὑμεῖς δὲ καταλύσαντες τὴν πλάνην οἶκαδε διασώσατε, ὥσπερ ἐκεῖνος ἐκεῖνον. μὴ γὰρ διαμάρτοι τῆς δόξης δι' ἐμοῦ πρὸς ὑμᾶς καταφυγῶν.

κδ'. Μαρριανῷ.

Φιλεῖν ἐκέλευες, ἐγὼ δὲ καὶ αἰτεῖν ἄρχομαι. ἡ δίκηται γὰρ ἢ δεδώκαμεν τὴν ἐπιστολήν. κατέβαινε ἐπὶ φοινίκων ὠνὴν φέρων χρυσίον τὴν τῶν φοινίκων τιμὴν· ἀλλ' ὦ τῆς τύχης, οὐδὲ πενίαν ἄνευ κινδύων ἔστιν ἀμύνεσθαι. ὃ μὲν γὰρ ἤλαυνεν ἀγαθαῖς ἐλπίσιν ἐπογούμενος, τῶν δὲ φίλιαν ὑποκρινομένων βαρβάρων οἱ ληστρικώτατοι προσπεσόντες παῖουσί τε καὶ στρεβλοῦσι καὶ γυμνὸν τὸ ξίφος ἐπανατείναντες ἀποσφάττειν ὅπως ἠπειλοῦν, τέλος δὲ τὸ χρυσίον λαθόντες ἐκέλευον χάριν εἰδέναι ὅτι τὴν τύχην οὐ τὸν βίον μετήλλαξε. Δίκη δ' ὑπόπτερος οὔσα τῶν ἡδικηκότων ἐνίους συλλαμβάνει. ἤκουσεν ὁ στρατηγός. ἐγαλέπαινε μισῶν αἰεὶ τοὺς κλέπτας μᾶλλον ἢ τοὺς φανερώς πολεμίους, καὶ μᾶλα γε εἰκότως· τοὺς μὲν γὰρ ἔστι πόρρωθεν φυλάττεσθαι, οἱ δὲ τοῖς φίλοις ἐξ ἀφανοῦς ἐπιτίθενται. καὶ προσέταττεν ἐπανορθοῦσθαι τοῦ πένητος τὴν ἀπορίαν καὶ ἀναλαμβάνειν ὅσων ἀφῆρηται. ὃ μὲν προσέταττεν ὁ στρατηγός, ὃ δ' ἀπορος ἔτι τὴν πενίαν ὀδύρεται. ἀλλὰ στήσατε τοῖς μὲν τὴν ληστείαν, τῶν δὲ τὴν ἀπορίαν. προσφθέγομαι τὸν μεγαλοπρεπέστατον καὶ θεοφιλέστατον στρατηγόν.

κε'. Ἰουλιανῷ ἀρχιτέκτονι.

Τοῦ Ἀλκίνοου τὸν κῆπον οἶμαι κεκτηῖσθαι διὰ τὴν καλὴν μηχανήν, ἣν σὺ μὲν ἐξεῦρες, ἐποίησε δὲ ὁ τέκτων. ἐγὼ δὲ γράψω τῷ λόγῳ· ἥδιστον γὰρ τὸ θέαμα. δύο μὲν οἱ μέγιστοι κύκλοι σανίσι καὶ γόμφοις συναπτόμενοι, ὥστε ἓνα τοῖς ἐξωθεν θεωμένοις δοκεῖν εἶναι. ἐπὶ δὲ τῷ καταστρώματι πεδίον ἐνδόνθεν ἐκτρέφει περὶ τὸν αὐτὸν τόπον μακρὸν τινα δρόμον· ὃ δὲ κύκλος συμπαραθεῖ καὶ τοσοῦτον ἀκολουθεῖ, ὅσον τὸ πεδίον βούλεται. ὃ δὲ ἄξιον, περὶ ὃν ὁ μέγιστος κύκλος αὐτοῦ μένων στρέφεται, καὶ συγκινεῖ μικρὸν ἕτερον κύκλον τὸν ἐπὶ τῷ φρέατι. ἐπὶ τούτῳ τὰ σχοινία καὶ οἱ γόες ἐπίκεινται κατὰ μέρος συνδεδεμένοι. ἀλλ' ὀξυτάτη μὲν ἡ κίνησις, τοῦ δὲ μικροῦ κύκλου τὸ μέσον στενοχωρία, ὥστε μόνον τὰς ἀπαρχὰς τῆς ἐκροῆς ὑποδέχεσθαι. τὸ δὲ πλεον τοῦ ὕδατος ἐπὶ τὸ φρέαρ ἐκχεόμενον ραδίως αὐθις καταδυθὲν

XXIII. Epiphanio sophistæ.


Κακὸς κακῶς ἀπόλιτο καὶ ἄφρων εἶη Λικύμνιος ὁ τῆς τραγωδίας ὑποκριτής. ὡς γὰρ ἐνίκα τοὺς ἀντιτέχνους Κριτίαν τὸν Κλειναῖον καὶ Ἴππασον τὸν Ἀμβρακιώτην τοὺς Λίσχυλου Προπομποὺς τορῶν τινὶ καὶ γεγωνοτέρῳ φωνήματι χρησάμενος, γαῦρος ἦν καὶ κιττοστεφῆς ἦγε συμπόσιον. (2) ἔνθα παραληφθεὶς φεῦ τῶν κακῶν οἶα ὑπέμεινα, τοῦτο μὲν πιττούμενος τὴν κεφαλὴν καὶ γάρῳ τοὺς ὀρθαλοὺς βαινόμενος, τοῦτο δὲ ἀντὶ πλακούντος, τῶν ἄλλων ἄμητας ἐσθίωντων καὶ σησαμοῦντας, αὐτὸς μέλιτι δεδευμένους λίθους ἀποτρύγων. (3) ἡ πασῶν δὲ ἰταμιωτάτη, τὸ ἐκ Κεραμεικοῦ πορνίδιον, ἡ μέτοιχος, ἡ Φενεῆτις Ἰακινθίς, κύστιν αἵματος πληρώσασα καταφέρει μου τῆς κεφαλῆς, καὶ ὀμοῦ τῷ κτύπῳ ἐλελούμην τῷ αἵματι. (4) καὶ τῶν μὲν εὐωχομένων πολλὸς καὶ καπυρὸς ἐξεχύθη γέλωις, ἐγὼ δὲ ὧν ἔπαθον μισθὸν οὐκ ἀπηγεγκάμην ἄξιον, ἀλλὰ μοι γέγονε τῶν ὕβρειν ἀμοιβὴ τὸ μέτρον τῆς γαστροῦ, πέρα δὲ οὐδέν. (5) μήτε οὖν ἐς νέωτα εἴη μήτε μὴν νικῶν ὁ θεοῖς ἐχθρὸς Λικύμνιος, ἐν ἐγὼ τῆς ἀχαρίτου φωνῆς ἔνεκεν ὀρθοκόρυζον καλεῖσθαι πρὸς ἡμῶν καὶ τοῦ χοροῦ τῶν Διονυσοκολάκων ἔκρινα.

μβ'. Καπνοσφράντης Ἀριστομάχῳ.

Ὁ δαίμων ὃς με κεκλήρωσαι καὶ εἰληγας, ὡς πονηρὸς εἶ καὶ λυπεῖς ἀεὶ τῇ πενίᾳ συνδῶν. ἦν γὰρ ἀπορία τοῦ καλοῦντος γένηται, ἀνάγκη με σκάνδιαις ἐσθίειν καὶ γῆρυα ἢ ὅσα ἀναλέγειν καὶ τῆς ἐννεακρόνου πίνοντα πίμπλασθαι τὴν γαστέρα. (2) εἶτα εἷως μὲν τὸ σῶμα τὰς ὕβρεις ὑπέμενε καὶ ἦν ἐν ὄρα τοῦ πάσχειν νεότητι καὶ ἀκμῇ νευρούμενον, φορητὴ ἢ ὕβρις ἐπεὶ δὲ ἐγὼ σοὶ μεσαιπόλιος, καὶ τὸ λειπόμενον τοῦ βίου πρὸς γῆρας ἔρᾳ, τίς ἴσας τῶν κακῶν; Ἀλιαρτίου σχοινίου χρεῖα, καὶ κρεμήσομαι πρὸ τοῦ διπύλου, ἦν μὴ τι δεξιὸν ἢ τύχη βουλευσῆται. (3) εἰ δὲ τοῖς αὐτοῖς ἐπιμείνειεν, οὐ πρότερον στραγγαλιῶν τὸν τράχηλον, πρὶν τραπέζης ἀπολαῦσαι πολυτελοῦς. (4) οὐκ εἰς μακρὰν δὲ ὁ περιβλεπτός οὗτος καὶ αἰόδιμος ἔσται γάμος Χαριτοῦς καὶ Λεωκράτους, μετὰ τὴν ἐννῆν καὶ νέαν τοῦ Πυανεψιῶνος, εἰς ὃν πάντως ἢ παρὰ τὴν πρώτην ἡμέραν ἢ τοῖς ἐπαυλίαις κεκλήσομαι. δεῖ γὰρ θυμηδίας καὶ παρασίτων τοῖς γάμοις, καὶ ἄνευ ἡμῶν ἀνέορτα πάντα καὶ συῶν οὐκ ἀνθρώπων πανήγυρις.

ditatus redii et tantopere spe elatus sum, ut cupiam adulatorum alere et adhibere parasitos, non parasitari amplius. Sed cum hanc acquisitam pecuniam absumpsero, rursus ad pristinum vitæ institutum me convertam. Neque enim canis, qui corium rodere didicit, moris obliviscetur.

XLVIII. Cephaloglyptes Maittyaphaniso.

Malus male pereat et mutus sit Licymnius ille tragicus histrio. Cum enim vicisset æmulos Critiam Cleonæum et Hiprasum Ambraciotam in Propompis Æschyli, sonora et clariore voce usus, exsultavit et hedera redimitus agitavit convivium. (2) Cui ego adhibitus, hem quæ mala perpessus sum! partim pice mihi caput oblitum et muria oculi conspersi, partim loco placentæ, cæteris scriblitas lacte factas comedentibus et dulciaria cum sesamo, ego melle imbutos lapides rosi. (3) Omnium autem petulantissima illa ex Ceramico meretricula, huius loci inquilina, illa Pheneatica Hyacinthis, vesicam sanguine repletam capiti illisit meo et simul cum sonitu lotus fui sanguine (4) Atque illis quidem epulantibus uberrimus et effusus excitatus est risus, ego autem pro iis quæ passus sum mercedem non abstuli dignam: sed mihi fuit contumiliarum compensatio ventris mensura, præterea nihil. (5) Ne igitur novum annum videat neque vivat diis inimicus ille Licymnius, quem ego propter insuavem vocem orthocoryzum vocari a nobis et a grege theatri decrevi.

XLIX. Capnosphrantes Aristomacho.

O dæmon, qui me sortitus es et sorte adeptus, quam malignus es et mihi molestus, cum sempiterna paupertate me teneas. Si enim nemo sit qui me accersat, oportet me olus silvestre et gethya comedere aut sorbos colligere, atque ex Enneacrano bilentem ventrem explere. (2) Deinde, quamdiu iniurias hoc corpus ferre poterat et ætate idonea erat ad referendum iuventa et vigore nervosum, tolerabilis sane erat contumelia. Sed postquam ego jam semicanus quodque reliquum est vitæ ad senectutem spectat, quid remedii malorum? Haliartio fune opus, et me suspendam ante Dipylum, nisi bene mihi Fortuna consulat. (3) Quod si etiam in eodem statu manserit, non strangulabo collum, priusquam opiparam mensam adeptus fuero. (4) Brevi autem erunt istæ illustres et celebres nuptiæ Charitus et Leocratis, post novilunium Pyanepsionis mensis: ad quas haud dubie aut primo die aut ad repotia vocabor. Opus habent enim oblectamentis animi et parasitis nuptiæ et sine nobis omnia festivitatis expertia et porcorum non hominum cætus.



ν'. Βουκοπνίκτης Ἀρτοπύκτη.

Οὐκ ἀνέχομαι ὄρων Ζευξίπτην τὴν ἱππόπορον ἀπηνῶς τῷ μεираκίῳ χρωμένην. οὐ γὰρ δαπανᾶται εἰς αὐτὴν χρυσὸν μόνον καὶ ἀργύριον, ἀλλ' ἤδη καὶ συνοικίας καὶ ἀγρούς. ἡ δὲ ἐπὶ πλεόν ἐκτύφεσθαι τὸν ἔρωτα τούτῳ μηχανωμένη τοῦ Εὐβοέως ἔραν προσποιεῖται νεανίσκου, ἵνα τὰ τούτου σπαθήσασα ἐπ' ἄλλον τρέψῃ τὸν ἔρωτα. (2) ἐγὼ δὲ ὀδυνῶμαι τὴν καρδίαν ὄρων ὑπορρέοντα τοσοῦτον πλοῦτον, ὃν οἱ μακαρίζεται αὐτῷ Λυσίας καὶ Φανοστράτη κατέλιπον. ἃ γὰρ ἔχεινοι κατ' ὀβολὸν συνήγαγον, ἀθρόως ἀναλοῖ τὸ πολυκοινωνοῦν τούτου καὶ αἰσχρότατον γύναιον. πάσχω μὲν οὖν τι καὶ ἐπὶ τῷ μεираκίῳ κύριος γὰρ γενόμενος τῆς οὐσίας πολλὴν εἰς ἡμᾶς φιλανθρωπίαν ἐνεδείξατο. (3) ὄρων δὲ καὶ τὰ ἡμέτερα σκάζοντα· εἰ γὰρ εἰς ταύτην ἅπαντα τεθεῖη τὰ προσόντα τούτῳ τῷ βελτίστῳ, καλῶς, ὡς θεοί, καλῶς ἀπολαύσομεν τῆς πλησμονῆς. ἔστι γὰρ ὡς οἶσθα ἀπλοῖκός ὁ Φίληβος καὶ πρὸς ἡμᾶς τοὺς παρασίτους ἐπιεικῆς καὶ μέτριος τὸν τρόπον, ὦδαίς μᾶλλον καὶ γέλωτι ἢ ταῖς εἰς ἡμᾶς ὕβρεσι θελγόμενος.

να'. Λαιμοκύκλωψ Κρεολώβη.

Ἴδού μετὰ τὸν Εὐρώταν καὶ τὸ Λερναῖον ὕδωρ καὶ τὰ Πειρήνης νάματα ἔρωτι Καλλιρρόης ἐκ Κορίνθου πάλιν Ἀθήναζε κατεπέιγομαι. οὐ γὰρ μέ τι τῶν τρυφημάτων τῶν ἐν τούτοις ἤρεσεν, ἀλλ' ἔτοιμος ἐντεῦθεν ἀποσοβεῖν καὶ σπεύδειν ὡς ὑμᾶς. (2) ἀχάριτοι γὰρ ὠφθησαν οὗτοι καὶ ἥκιστα συμποτικοί, καὶ πλείους παρ' αὐτοῖς αἱ παροιναὶ τῶν ἀπολαύσεων. ὥστ' ἄμεινον ἐμοὶ ὀλύνθους ἢ παλάθας μασᾶσθαι τῶν Ἀττικῶν ἢ τοῦ παρὰ τούτοις χρυσίου ἀποδρέπεσθαι. (3) οἷα γὰρ καινουργεῖν ἐπιχειροῦσιν ἀναγκάζοντες ἀσκωλιάζοντας πίνειν, διάπυρόν τε τὸν οἶνον καὶ θερμὸν ἀνευ τοῦ πρὸς ὕδωρ κράματος καταχέοντες, εἶτα κῶλά τε καὶ ἀστραγάλους καθάπερ τοῖς κυσὶ παραρριπτοῦντες καὶ νάρθηκας περιρρηγνύντες καὶ σκύτεσι καὶ τοῖς ἄλλοις ἱμάσιν ἀντὶ παιδιᾶς πλήττοντες. (4) ἐμοὶ γένοιτο, πρόμαχε Ἀθηναῖ καὶ πολιοῦχε, Ἀθηνησι καὶ ζῆσαι καὶ τὸν βίον ἀπολιπεῖν. ἄμεινον γὰρ πρὸ τῆς Διομηίδος πύλης ἢ πρὸ τῶν Ἰππάδων ἐκτάδην κεῖσθαι νεκρὸν τύμβου περιχυθέντος ἢ τῆς Πελοποννησίων εὐδαιμονίας ἀντέχεσθαι.

νβ'. Κωπαδίων Εὐκνίσω.

Οὐ μοι μέλει. ποιούντων ὅσα καὶ βούλονται οἱ ριψοκίνδυνοι Γενθίων καὶ Σαρδανάπαλλος· ἐμὲ γὰρ κοινωῆσαι τῆς ἀτόπου πράξεως ἀδύνατον, οὐδ' εἰ μάντευμά μοι ἐκ τῆς Δωδωνιαίας δρυὸς ἐπιτρέποι τὸ ὄραμα. πάντως οὖν ἀφεκτέον. (2) ὑποπειρώσει γὰρ τὴν παλλακὴν τοῦ τῆς οἰκίας δεσπότη, καὶ ἤδη αὐ-

I. Bucopnicles Artopyctæ.


Non sustineo videre Zeuxippen, illud immane scortum, tam inclementer illum adolescentem tractantem. Non enim impenditur in eam aurum modo et argentum, sed etiam integræ ædes atque agri. Illa autem adhuc magis incendere amorem ei studens, Eubœensem se amare simulat illum iuvenem, ut huius etiam bonis consumptis alio convertat amorem. (2) Ego vero crucior animo, cum video effluere tantas opes, quas ei Lysias et Phanostrata beatæ memoriæ reliquerunt. Quæ enim illi unciatim collegerunt, simul omnia absumit vulgatissima illa et foedissima muliercula. Dolce igitur nonnihil adolescentem; sui enim juris factus, magnam erga nos humanitatem ostendit. (3) Video autem etiam nostras res claudicare. Si enim in hanc omnia transferantur quæ optimi illius sunt, egregie, o dii, egregie fruemur sagina. Est enim, ut nosti, simplex Philebus, et erga nos parasitos æquus ac moderatus cantilenis potius et ioco, quam contumeliis nostris delectari solitus.

II. Læmocyclus Creolobæ.

Ecce post Eurotam et Lernæam aquam et Pirenes fluentia amans Callirrhoen, Corintho rursus Athenas pergo. Nihil enim mihi ex horum locorum deliciis placuit, sed paratus sum hinc facessere et ad vos properare. (2) Ingrati enim visi sunt isti et minime idonei convitatores, et plus contumeliarum in vino apud ipsos quam voluptatis. Quare satius est grossos et caricas manducare Atticas, quam istorum aurum decerpere. Quam multa enim nova excogitant, cogentes uno pede saltantem bibere, ardensque et calidum vinum sine admixtione aquæ affundentes, deinde pedes et talos quasi canibus proicientes et ferulas frangentes et scuticis aliisque loris per iocum cædentes! (3) Mihi contingat, propugnatrix Minerva urbisque custos, Athenis et vivere et mori. Præstat enim ante Diomeidem portam aut ante Hippadas porrectim jacere mortuum, tumulo circumfuso, quam Peloponnesi felicitatem capessere.

III. Kopadion Eucniso.

Nihil curo. Faciant quicquid volent temerarii Genthion et Sardanapalus. Ego enim socius esse facinorosi incepti non possum, etiam si ex Dodonæa quercu oraculum illud facinus ut probum mihi suaderet. Utique ergo abstinentum. (2) Tentant enim pellicem patris familias corrumpere, atque iam eis res ad summum pro-



τοῖς ἢ πρᾶξις εἰς ἀκμὴν προκεχώρηκε. καὶ οὐκ ἀρκοῦνται τῇ τῶν ἀφροδισίων ἀθέσμιφ πλησμονῇ, ἀλλὰ γὰρ τὰ ἐκ τῆς οἰκίας σκευὴ καθ' ἓν ἐκλαμβάνουσι. (3) καὶ ἴσως μὲν ἄχρι τινὸς λήσεται τοῦργον πραττόμενον, πάντως δὲ ποτε ἢ λάλος γείτων ἢ ψίθυρος οἰκέτης ἀγορεύσει τὸ πρᾶγμα εἰς τοῦμφανές, καὶ ἀνάγκη μετὰ πῦρ καὶ σίδηρον καὶ τὰς ἄλλας βασάνους τέλος αὐτοῖς γενέσθαι τῆς ἡδονῆς τὸ κώνειον ἢ τὸ βάραθρον. ἀπειδοῦς γὰρ χρώμενοι τῷ τολμήματι ἰσόρροπον τῇ πράξει τὴν τιμωρίαν ἐκτίσουσιν.

γγ'. Ἀκρατολύμας Χωνοκράτει.

Χθές Καρίωνος περὶ τὸ φρέαρ ἀσχολουμένου εἰσέρρησα εἰς τοῦπτάνιον. ἔπειτα εὐρῶν λοπάδα εὖ μάλα κεκαρυκευμένην καὶ ἀλεκτρούνα ὀπτὸν χύτραν τε μεμβράδας ἔχουσαν καὶ ἀφύας Μεγαρικὰς ἐξήρπασα, καὶ ἀποπηδήσας ποῖ καταχεύειν ἐζήτουν καὶ εὐκαίρως φάγοιμι μόνος. (2) ἀπορία δὲ τόπου δραμῶν ἐπὶ τὴν ποικίλην (καὶ γὰρ οὐκ ἠνώχλει ταύτην οὐδὲ εἷς τῶν ἀδολεσχῶν τουτωνῶν φιλοσόφων) κείθι τῶν πόνων ἀπέλαυον. ἀνανεύσας δὲ τῆς λοπάδος ὄρω προσιόντας τῶν ἀπὸ τῆς τηλίας τινὰς νεανίσκων, καὶ δέισας τὰ μὲν βρώματα ὀπισθεν ἀπεθέμην, (3) αὐτὸς δὲ εἰς τοῦδαφος ἐκείμην κρύπτων τὰ κλέμματα εὐχόμενός τε τοῖς ἀποτροπαίοις τὸ νέφος παρελθεῖν χόνδρους ὑποσχόμενος λιθανωτοῦ ἱκανούς, οὓς οἴκοι ἀναλεξάμενος τῶν ἱερῶν ἔγω εὖ μάλα εὐρωτιῶντας. καὶ οὐκ ἠστόχησα· οἱ θεοὶ γὰρ αὐτοὺς ἄλλην ὁδὸν ἔτρεψαν. (4) κἀγὼ σπουδῇ καταβροχθίσας πάνθ' ὅσα ἐνέκειτο τοῖς σκεύεσι, φίλῳ πανδοκεῖ τὴν χύτραν καὶ τὸ λοπάδιον, τὰ λείψανα τῶν κλεμμάτων, χάρισμα δοῦς ἔχειν ἀπεχώρησα, ἐπιεικῆς τις καὶ μέτριος ἐκ τῶν δουρημάτων ἀναφανείς.

νδ'. Χυτρολείκτης Πατελλοχαρόντι.

Τί δακρύω, ἴσως ἐρήση με, ἢ πόθεν κατέαγα τὸ κρανίον, ἢ πῶς τὸ ἀνηρόν τοῦτο εἰς μέρη κατερρωγὸς ἱμάτιον φορῶ; ἐνίκησα κυβεύων, ὡς μήποτ' ὄφελον. τί γὰρ ἔδει με ἀσθενέστερον ὄντα βρωμαλέοις συνεξετάζεσθαι νεανίας; (2) ἐπεὶ γὰρ εἰς ἑμαυτὸν ὅλας τὰς ἐκθέσεις συνελεξάμην, ἀπορία δὲ ἦν αὐτοῖς παντελής ἀργυρίου, ἐπ' ἐμὲ πάντες ὤρμησαν. καὶ οἱ μὲν πῦξ ἔπαιον, ἄλλοι δὲ λίθοις ἐχρῶντο, οἱ δὲ διέσχίζον τὸ ἱμάτιον. (3) ἐγὼ δ' ἀπρίξ τῶν κερμάτων εἰχόμεν, ἀποθανεῖν πρότερον ἢ προέσθαι τι ἐκείνοις τῶν ἐμοὶ πεπορισμένων αἰρούμενος. καὶ οὐ μὲν γέ τινας ἀντέστην γεννητικῶς, καὶ τὰς φορὰς τῶν πληγῶν ὑπομένων καὶ τὰς ἐκτροφὰς τῶν δακτύλων ἀνεγόμενος, καὶ ἦν οἷά τις Σπαρτιάτης ἀνὴρ ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τῆς Ὀρθίας τυπτόμενος. (4) ἀλλ' οὐκ ἦν Λακεδαιμῶν ἐν ἧ ταῦτα ὑπέμενον, ἀλλ' Ἀθηναῖοι καὶ τῶν Ἀθήνησι κυβευτῶν οἱ ἐξωλέστατοι. τέλος δ' οὖν λιποθυμήσας ἀφῆκα τοῖς ἐνα-

cessit, nec contenti sunt Veneris illicito usu satfari, sed insuper ex domo supellectilem singulatim asportant. (3) Ac fortasse quidem aliquandiu celabitur factum; utique autem tandem aut loquax vicinus aut susurrator servus palam rem enunciabit: et necesse erit, ut post ignem et ferrum et multa tormenta cicuta aut barathrum iis obtingat. Hoc enim facinus sine verecundia prosequentes æqualem facinori pœnam expendent.

LIII. Acratolymas Chonocrati.

Heri Carione circa puteum occupato intuli me in culinam. Deinde cum invenissem patinam condimentis exquisitis refertam et gallum gallinaceum assum ollamque membradas habentem atque apuas Megaricas, surripui, et exsiliens quæsi vi quo diverterer et commode solus comederem. (2) Cum autem non suppeteret locus, cucurri in Pœcilen (etenim ne unus quidem nugacium istorum philosophorum eam infestavit); ibi laboribus meis fruius sum. Suspectans autem a patina video accedere quosdam ex adolescentibus tabulam lusoriam frequentantibus ac territus cibos quidem post tergum collocavi, (3) me ipsum autem in terram prostravi, furtum occultans precansque deos averruncantes, ut transiret hæc nubes, promittens eis thuris micæ quas domi ex sacrificiis collectas habeo satis cariosas. Nec frustratus fui: dii enim eos in aliam viam verterunt. (4) Atque ego confestim deglutiens omnia quæ inerant in vasis, amico cauponi ollam et patellam et reliquias furti donavi et abii bonus homo et commodus propter dona visus.

LIV. Chytrolictēs Patellocharoni.

Quid fleam, fortasse interrogabis me, aut unde caput fractum habeam, aut quomodo variam hanc in partes disruptam vestem geram? vici aleam ludendo. Quod utinam ne factum esset! quid enim necesse erat infirmiore me cum robustis contendere adolescentibus? (2) Cum enim omnia quæ exposita erant collegissem, illis autem plane nihil relictum esset, in me omnes impetum fecerunt; et alii quidem pugnis cædebant, alii lapidibus utebantur, alii discindebant vestem; (3) ego autem obstinate tenebam pecuniam, cum mori prius quam concedere quidquam eorum quæ mihi parta erant malletm. Et sane aliquandiu obstiti fortiter, tum ictus plagarum tolerans, tum retorsiones digitorum sustinens; et eram quasi aliquis Spartanus qui ad aram Orthiæ verberatur. (4) Sed non Lacedæmon erat, ubi hæc patiebar; verum Athenæ, et eorum qui Athenis sunt aleatorum perditis-



γέσι λαμβάνειν. οἱ δὲ καὶ τὸ προκόλιον διηρεύνησαν, καὶ τὰ ἐν τούτῳ ἐγκείμενα φέροντες ὄχοντο, τοῦτ' ἐμοῦ λῶον ἤγησαμένου τὸ ζῆν δίγα χρημάτων ἢ μετὰ χρημάτων τεθνάναι.


νε. Αὐτόκλητος Ἐπιεικρίστῳ.

Ὀλίγα ἢ οὐδὲν διαφέρουσι τῶν ἰδιωτῶν οἱ σεμνοὶ καὶ τὸ καλὸν καὶ τὴν ἀρετὴν ἐξυμνοῦντες· τούτους λέγω τοὺς ἐργολαβοῦντας τὰ μειράκια. οἷον γὰρ οἷον ἔλαθέ σε συμπόσιον Σκαμωνίδου γενέσια τῆς θυγατρὸς ἑορτάζοντος. (2) καλέσας γὰρ ἑναγῆος οὐκ ὀλίγους τῶν προύχειν δοκούντων Ἀθήνησι πλούτῳ καὶ γένει, ὥρθη δεῖν καὶ τοῖς φιλοσοφοῦσι κοσμησαί τὴν εὐωχίαν. παρῆν οὖν ἐν πρώτοις Εὐθυκλῆς ὁ στωϊκὸς οὗτος, ὁ πρεσβύτερος, ὁ κουριῶν τὸ γένειον, ὁ ῥυπαρὸς, ὁ τὴν κεφαλὴν αὐχμηρὸς, ὁ ῥυσότερον τῶν βαλαντίων ἔχων τὸ πρόσωπον. (3) παρῆν δὲ καὶ Θεμισταγόρας ὁ ἐκ τοῦ περιπάτου, ἀνὴρ οὐκ ἄχαρις ὀφθῆναι, οὐλῆ τῇ γένει λαμπρυνόμενος. ἦν δὲ καὶ ὁ Ἐπικούρειος Ζηνοκράτης, οὐκ ἀτημέλητος τοὺς κικίνους καὶ ἐπὶ βαθεῖ τῷ πώγωνι σεμνυνόμενος, (4) ὁ τε αἰοίδιμος (τοῦτο γὰρ πρὸς ἀπάντων ἐκέκλητο) Ἀρχίβιος ὁ Πυθαγόρειος, ὄχρον ἐπὶ τοῦ προσώπου πολλὴν ἐπιβεβλημένος, πλοκάμους ἀπ' ἄκρας τῆς κεφαλῆς ἄχρι στέρνων αὐτῶν ἀπαιωρῶν, ὄξυ καὶ ἐπίμηκες τὸ γένειον καθεικώς, τὴν ῥίνα ἐπικαμπῆς, τὸ στόμα ἐπιχειλῆς, αὐτῷ τῷ πεπρῶσθαι καὶ λίαν μεμυκέναι τὴν ἐγεμυθίαν ὑποσημαίων. (5) ἐξαίφνης δὲ καὶ Πανγκράτης ὁ κύων ῥύμη τοὺς πολλοὺς παρωσάμενος εἰσήρρησε, στελέχει πρηνίῳ ἐπερειδόμενος· ἦν γὰρ ἀντὶ τοῦ πυκνώματος τῶν ὄζων χαλκοῖς τισὶν ἡλοῖς ἐμπεπαρμένην φέρων βακτηρίαν, καὶ τὴν πήραν δὲ διάκνον καὶ πρὸς τὰ λείψανα εὐζώνως ἠρτημένην. (6) οἱ μὲν οὖν ἄλλοι ἀπ' ἀρχῆς εἰς τέλος παραπλησίαν τιὰ καὶ τὴν αὐτὴν εἶχον τῆς ἐστίασεως ἀκολουθίαν, οἱ φιλόσοφοι δὲ, προϊόντος τοῦ συμποσίου καὶ τῆς φιλοτησίας· συνεχῶς περισσοδούσης, ἄλλος ἄλλην τερατείαν ἐπεδείξαντο. (7) Εὐθυκλῆς μὲν γὰρ ὁ στωϊκὸς ὑπὸ γήρωσ καὶ πλησιμονῆς ἐκτάδην κείμενος ἔρρεγγεν· ὁ Πυθαγόρειος δὲ τὴν σιωπὴν λύσας τῶν τι χρυσῶν ἐπῶν κατὰ τινα μουσικὴν ἀρμονίαν ἑτερέτιζεν. ὁ βέλτιστος δὲ Θεμισταγόρας, ἅτε τὴν εὐδαιμονίαν κατὰ τὸν τοῦ περιπάτου λόγον οὐ ψυχῇ καὶ σώματι μόνον ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐκτὸς δριζόμενος, ἀπῆτει πλείονα πέμματα καὶ ποικιλίαν τῶν ὄψων δαψιλῆ. (8) Ζηνοκράτης δὲ ὁ Ἐπικούρειος τὴν ψάλτριαν ἐνηγαλίετο ταχερὸν καὶ ὑγρὸν προσβλέπων ὑπομεμυκῶσι τοῖς ὄμμασι, λέγων τουτὶ εἶναι τὸ τῆς σαρκὸς ἀόκλητον καὶ τὴν καταπύκνωσιν τοῦ ἡδόμενου. (9) Ὁ κύων δὲ πρῶτα μὲν εὐορεῖ κατὰ τὴν κυνικὴν ἀδιαφορίαν εἰς σύρμα χαλάσας καὶ καθεῖς τὸ τριβῶνιον, ἔπειτα καὶ Δωρίδα τὴν μουσουργὸν οἶος ἦν ἐν ὀφθαλμοῖς ἀπάντων ἐνεργεῖν, φάσκων ἀρχὴν γενέσεως εἶναι τὴν φύσιν. (10) ὥστε

simi. Tandem igitur animi deliquium passus concessi impuris illis sumere. Illi vero vel sinum perscrutati quæ in eo inerant auferentes abierunt. Ego vero melius esse existimavi, vivere sine opibus, quam cum opibus mori.

LXV. Autocletus Πητᾶριστο.

Parum aut nihil differunt a plebeis austeri illi et honestum ac virtutem crepantes; istos dico qui lucri causa iuvenum institutionem suscipiunt. Quale enim, quale te fugit convivium, Scamonide diem natalem filiae celebrante? (2) Cum enim nuper vocasset ad cœnam non paucos ex iis qui putantur Athenis præcellere opibus et genere, etiam philosophis exornare epulum statuit. Aderat igitur in his Euthycles stoicus, senex iste barba promissa, sordidatus, capite squalido [decrepatus], qui rugosiorum erumena habet vultum. (3) Aderat etiam Themistagoras peripateticus, vir haud invenustus ad aspectu, crispata barba superbiens. Aderat autem etiam Epicureus Zenocrates, cincinnos non incultos habens et ipse densa barba elatus: (4) etiam celeberrimus ille (ita enim ab omnibus vocabatur) Archibius Pythagoreus, pallore multo in facie præditus, cæsarie a summo capite usque ad pectus ipsum demissa acuta atque longe promissa barba: naso adunco, labiis compressis; eo ipso quia clausa essent et valde contracta, silentium Pythagoricum subindicans. (5) Repente autem etiam Pancrates Cynicus cum impetu plerosque proturbans irruit, stipite iligno innixus. Gestabat enim baculum, loco nodorum densorum æneis quibusdam clavis confixum, et peram inanem atque ad ciborum reliquias expedite suspensam. (6) Et ceteri quidem ab initio ad finem æquabilem quandam et eundem observabant convivii ordinem; philosophi autem, procedente convivio et poculo assidue circumactis, alius alias nugas ostentabat. (7) Euthycles quidem stoicus, præ senio et quia se nimis ingurgitaverat, porrectim jacens stertebat. Pythagoreus autem, silentio soluto ex aureis carminibus ad musicam quandam harmoniam cantillabat. Egregius vero ille Themistagoras, utpote felicitatem secundum peripateticas rationes non in animo et corpore tantum, verum etiam in externis ponens, poscebat plura bellaria et varietatem opsoniorum dapsilem. (8) Zenocrates autem Epicureus psaltriam amplexabatur, molliter et delicate adspiciens paululum conniventibus oculis, dicens hanc esse carnis pacem et condensationem voluptatis. (9) Cynicus autem primum meiebat pro cynica indifferentia, laxato et demisso, ut terram verreret, pallio: deinde tam impudens erat, ut Doridem cantricem in conspectu omnium inire vellet dicens principium generationis esse naturam. (10) Atque



ἡμῶν τῶν παρασίτων εὐθείς ἐστι λόγος· τὸ γὰρ θέαμα καὶ τὴν θυμηδίαν παρῆγεν οὐδεὶς τῶν εἰς τοῦτο κεκλημένων, καίτοι γε καὶ Φοιβιάδης ὁ κιθαρωδὸς καὶ μῆμοι γελοίων οἱ περὶ Σαννυρίωνα καὶ Φιλιστιάδην οὐκ ἀπελείποντο. ἀλλὰ πάντα φροῦδα καὶ οὐκ ἀξιοχρεα, ἠὲδοκίμει δὲ μόνος ὁ τῶν σοφῶν λῆρος.

νς'. Θαμβόφαγος Κυπελλιστή.

Ἐπαίρεις σαυτὸν οὐδὲν δέον καὶ τύπου πλήρης εἶ καὶ βαδίξεις ἴσα τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου Πυθοκλεῖ, καὶ τῶν ἀρίστων ἀποφέρει μερίδας. οὐκοῦν τὰς σπυρίδας καθ' ἡμέραν ἐξογκῶν σὺ μεγέθει λειψάνων (2) (καθ' ἡμέραν πρῶην Ἀρητάδης ὁ γραμματικὸς ἐποίει, Ὁμήρου ὡς ἔφασκεν ἐπιλέγων στιχίδιον εὐμηγάνως αὐτῷ πρὸς τὰς ἀρπαγὰς τῶν βρωμάτων ἠρμωσμένον « καὶ φαγέμεν πίεμεν τε, ἔπειτα δὲ καὶ τι φέρεσθαι ») πέπαυσο, κατὰβαλε τὴν ἀλαζονείαν, τρισάθλιε, ἢ ἀνάγκη σε γυμνὸν θύραζε ἐν ἀκαρεῖ χρόνου ἐκπεσεῖν.

νζ'. Οἰνόγαλος Ποτηριοφλυάρι.

Οὐκ εἰς δέον οἰνωμένος ἐσκωψάμην τοῦ νεανίσκου τὸν τροφέα Ζώπυρον. ἐξ ἐκείνου γὰρ ἴσως διαβολῇ τυπεῖς τὰ ὧτα κατέστη μικροπρεπέστερος περὶ τὰς δόσεις καὶ φειδωνίῳ μέτρῳ κέρηται. εἰωθὺς γὰρ ἐν ταῖς ἑορταστικαῖς τῶν ἡμερῶν ἢ χιτώνιον ἢ τριβώνιον ἢ ἐρεστρίδα πέμπειν, ἐναγχος Κρονίων ἐνστάτων Ἰφικρατίδας μοι νεουργεῖς ἐπέμψε τῷ Δρόμωνι δοῦς κομίζειν. (2) ὁ δὲ ἐπὶ τούτῳ ἐβρηνυέτο καὶ μισθοῦς τῆς διακονίας ἀπῆτει. ἐγὼ δὲ δάκνομαι καὶ τὴν προπετῇ γλῶτταν διαμασῶμαι καὶ ὀψὲ τῆς ἀμαρτίας αἰσθάνομαι. ὅταν γὰρ τὸ βεῦμα τῶν λόγων μὴ κοθηγουμένης τῆς διανοίας φέρηται, ἀνάγκη τὴν γλῶτταν τηλικαῦτα προσκρούειν καὶ σφάλεσθαι. ἔρρωσο.

νη'. Ἀλοκῆμιμος Φιλογαρελαῖῳ.

Οὐδὲν προτιμῶ σου, κἄν ἀπειλῆς ψιθυρεῖν κατ' ἐμοῦ καὶ καττύσειν διαβολὰς ἀγενήτους. ἀπλοῖκός γάρ καὶ γενναῖος ὁ Μαλιεὺς στρατιώτης ὁ βόσκων ἡμᾶς τὰ νῦν δὴ ταῦτα, καὶ τοσοῦτον ἀπέχει τοῦ ζηλοτυπεῖν τὰς ἐταίρας, ὡς πρῶην λόγου βυέντος αὐτῷ ἐπὶ τοῦ συμποσίου, πολλὴν κατέχευε βλασφημίαν τῶν τὰ τοιαῦτα ὑποφαινότων. (2) ἔλεγε γὰρ γαμεταῖς ἐπικλήροις οἰκουρίαν πρέπειν καὶ τὸν σεμνὸν βίον, τὰς ἐταίρας δὲ δεῖν εἶναι πάντων ἀναφρανδὸν καὶ πᾶσιν ἐκχεῖσθαι τοῖς βουλομένοις. ὄνπερ οὖν τρόπον τοῖς λουτροῖς καὶ τοῖς σκεύεσι κοινοῖς κερρήμεθα, κἄν ἐνὸς εἶναι δοκῇ, οὕτως καὶ ταῖς εἰς τοῦτον ἀπογραφασμέναις τὸν βίον. (3) εἰδὼς οὖν τὴν ἄλλως τὴν διαβολὴν σου χωρήσουσαν, τρέμε ἐνδακῶν τὸ χεῖλος, ὡς οἱ τὸν Σίγηλον ἦρω παριόντες, μὴ κακὸν τι προσλάβης· οὐ γὰρ ἔστι τῶν Ἀττικῶν τουτωνὶ τῶν χαύνων μειρακίων,

ita nostrum parasitorum nulla habebatur ratio. Spectaculum enim et dolectationem præbuit nemo eorum, quorum id officium est, quanquam et Phæbiades citharodus et mimi Sannario et Philistiades non decrant. Sed omnia incassum et inania; probabantur autem solæ sophistarum nugæ.

LVL Thambyphagos Cypellistæ.

Extollis te, cum nihil sit opus fastuque plenus es, et incedis quod proverbio dicitur, pariter ac Pythocles; et tamen auferis portiones prandiorum. Ergo sportas quotidie implere grandibus reliquiis (2) (quemadmodum nuper Aretæpos grammaticus faciebat, Homeri, ut aiebat, ad eam rem recitans versiculum egregie ejus rapacitati congruentem, oportere nimirum *Potare ac vesci, post hæc auferre simul quid*) desine: missam fac istam insolentiam, miserrime; aut necesse est te nudum foras momento temporis eiectum domo excidere.

LVII. Enolatus Poteriophlyaro.

Non opportune potus cavillatus sum Zopyrum adolescentis educatorem. Huius enim fortasse criminatione verberatas habens aures, ad dandum minus liberalis factus est et parca mensura utitur. Solitus enim antea festis diebus aut tunicam aut pallium aut chlamydem mittere, nuper cum Saturnalia essent, Iphicratides mihi recens factas misit, quas Dromoni dederat ferendos. (2) Iste autem propterea fremebat et mercedem ministerii posebat. Ego vero mordeor et procacem hanc linguam rodo seroque peccatum sentio. Quando enim flumen verborum non præeunte cogitatione fertur, tum offendere et peccare linguam necesse est. Vale.

LVIII. Halocumninus Philogarelaio.

Nihil curo te, etiamsi mineris te susurraturum de me consuasque criminationes illiberales. Simplex enim est et generosus Maliensis ille miles, qui nos pascit. Nunc autem tantum abest ut suspiciosus sit in meretrices, ut nuper cum sermo ei flucret in convivio, multa effunderet maledicta in eos qui ita sint affecti. (2) Dixit enim, legitime nuptas decere rei domesticæ curam et castam vitam; meretrices autem debere esse omnibus in propatulo et cuivis expositas volenti. Quemadmodum igitur lavacris communibus et suppellectili uti solemus, etiamsi unius esse videantur, ita etiam his, quæ hanc vitæ rationem professæ sint. (3) Cum igitur sciam in vanum criminationem tuam abituram, treme, labrum mordens ut illi qui taciturnum heroem prætereunt, ne malum accipiant. Non enim est ex Atticis isti fastu turgidis adolescentibus, sed vir arma tractans et Martius, apud



ἀλλ' ἀνὴρ ἐπιουάχος καὶ ἀρχίος, παρ' ᾧ κοιλαιέας καὶ διαβολῆς τρόπος ἔρρει. ἀνάγκη δὲ τὸν διαβολὰς μὴ προσείμενον τοῖς διαβάλλουσιν ἀπειθάνεσθαι.

νβ'. Λιμέντερο; Ἀμασήτηρ.

Παρ' ἓνα τινὰ τῶν τὰ πινάκια παρὰ τὸ Ἰακχεῖον προτιθέντων καὶ τοὺς δνείρους ὑποκρίνεσθαι ὑπισχνουμένων βούλομαι ἐλθὼν τὰς δύο ταύτας δραχμάς, ἅς οἶσθα ἐν χειρὶν με ἔχοντα, καταβαλὼν τὴν φανείσαν ὄψιν μοι κατὰ τοὺς ὕπνους διηγῆσασθαι. (2) οὐ γάρ ἔπειρον δὲ καὶ πρὸς σὲ ὡς φίλον ἀναθέσθαι τὸ καινὸν τοῦτο καὶ πέρα πάσης πίστεως φάσμα. ἐδόκουν γὰρ εὐπρεπῆς εἶναι νεανίσκος καὶ οὐ γὰρ τυγχόν, ἀλλ' ἐκεῖνος δ' Ἰλιεύς δὲ περιβύκτος καὶ περικαλλής, δὲ τοῦ Τρωῶς παῖς Γανυμήδης, καὶ καλαύροπα ἔχειν καὶ σύριγγα καὶ τιάρα Φρυγίῳ στέφειν τὴν κεφαλὴν ποιμαίνειν τε καὶ εἶναι κατὰ τὴν Ἰδὴν. (3) ἐξαίφνης δὲ ἐπιπτάντα μοι γαμφύονυχα καὶ μέγαν αἰτόν, γοργὸν τὸ βλέμμα καὶ ἀγκυλοχειλὴν τὸ στόμα, κουφίσαντά με τοῖς ὄνυσιν ἀπ' οὐπερ ἐκαθήμεν πέτρον μετεωρίζειν εἰς τὸν αἶρα καὶ πελάζειν τοῖς οὐρανίοις τόποις ἐπειγόμενον. (4) εἶτα μέλλοντα ψάθειν τῶν πυλῶν αἷς αἱ Ὁραι ἐφροσύναι, κεραυνῶ βληθέντα πεσεῖν, καὶ τὸν ὄρνιν οὐκέτι εἶναι τὸν διουπέτη καὶ μέγαν αἰτόν, γῦπα δὲ πικρὸν ὄδωδόντα, ἐμὲ δὲ τοῦτον ὅς εἰμι Λιμέντερον, γυμνὸν πάσης ἐσθήτος, οἷα πρὸς λουτρόν ἢ παλαίστραν ἠὲ τρεπισμένον. (5) ἐκταραχθεὶς οὖν ὡς εἰκὸς ἐπὶ τοσοῦτῳ πτώματι ἐξηγρόμην, καὶ πρὸς τὸ παράδοξον τῆς ὄψεως ἀγωνιῶ καὶ δέομαι οἷ φέροι τὸ ὄναρ μαθεῖν παρὰ τῶν τὰ τοιαῦτα ἀκριβοῦντων, εἰ μέλλει τις ἀπλανῶς εἰδέναι καὶ εἰδῶς ἀληθίζεσθαι.

ξ'. Χασκοβούκης Ὑπνοτραπέζω.

Οὐκέτι εἰσῆλθον εἰς τὴν Κόρινθον. ἔγνων γὰρ ἐν βραχεὶ τὴν βδελυρίαν τῶν ἐκεῖσε πλουσιῶν καὶ τὴν τῶν πενήτων ἀθλιότητα. ὡς γὰρ ἐλοῦσαντο οἱ πολλοὶ καὶ μεσοῦσα ἦν ἡμέρα, στωμύλους ἐθεασάμην καὶ εὐφρεῖς νεανίσκους οὐ περὶ τὰς οἰκίας ἀλλὰ περὶ τὸ Κράνειον εἰλουμένους καὶ οὐ μάλιστα ταῖς ἀρτοποιίαις καὶ ὀπωροκαπήλοις ἔθος ἀναστρέφειν. (2) ἐνταυθὶ γὰρ εἰς τοῦδαφος ἐπικύπτοντες δὲ μὲν φλοιοὺς θέρμων ἀνηρεῖτο, δὲ δὲ τὰ ἔλυτρα τῶν καρῶν ἐπολυπραγμόνει μὴ πού τι τῶν ἐδωδῶν ἐνουπομεῖναν διέλαθεν, δὲ δὲ τῶν βοιῶν τὰ περικάρπια, ἃ σῖδια ἡμῖν τοῖς Ἀττικοῖς προσαγορεύειν ἔθος, ἀπέγλυφε τοῖς ὄνυσιν εἰ πού τις τῶν κόκκων ἐπιδράξασθαι δυνηθείη, οἱ δὲ καὶ τὰ ἐκ τῶν ἄρτων ἀποπίπτοντα πρὸς πολλῶν ἤδη πεπατημένα ἀναλέγοντες ἔκαπτον. (3) τοιαῦτα τὰ τῆς Πελοποννήσου προπύλαια καὶ ἡ δυοῖν θαλάσσαι ἐν μέσῳ κειμένη πόλις, χαρίεσσα μὲν ἰδεῖν καὶ ἀμφιλαφῶς ἔχουσα τρυφημάτων, τοὺς οἰκῆτορας δὲ ἀχρήτους καὶ ἀνεπαφροδίτους κεκτημένη. καίτοι γὰρ φασὶ τὴν Ἄφρο-

quem assentatio et obtrectatio nihil valet. Eum vero, qui obtrectationes non admittit, obtrectatoribus esse infensum necessarium est.

LIX. Limenterus Amaseto.

Ad aliquem ex iis, qui tabellas apud Iacchi fanura proponunt et somniorum interpretandi artem profitentur, profectus, duabus istis drachmis, quas scis me in manibus habere, datis, quod mihi apparuit visum per somnos narrare volo. (2) Non abs re autem fuerit et tecum communicare novum istud et omnem fidem excedens ostentum. Videbar enim per somnum formosus esse adolescens, nec vulgaris aliquis, sed ille Iliensis, ille dilectus et pulcherrimus, Trois filius Ganymedes : et pedum habere ac fistulam et tiara Phrygia redimitus caput, ovesque pascere et in Ida versari; (3) subito autem advolasse in me curvis unguibus præditam et magnam aquilam, torvo aspectu et adunco rostro, quæ me levatum unguibus e rupe, ubi sedebam, sublimem tolleret in auras et celeriter admoveret cælestibus locis. (4) Deinde cum iam in eo esset ut propius venirem ad portas, quibus Horæ præpositæ sunt, fulmine ictum decidere; avemque eam non amplius esse illam cælitus devolantem magnamque aquilam, sed vulturem acerbè olentem : me vero hunc ipsum, qui sum, Limenterum, nudatum omni veste, quasi ad lavacrum aut palæstram paratum. (5) Terrefactus igitur, ut credibile, tanto lapsu expergiscebar et ad hoc mirabile visum trepido, atque quo tendat insomnium discere cupio ab iis qui talia pensitant, si possit quis indubitate scire, et, ubi sciverit, verum dicere.

LX. Chascobuces Hypnotrapezo.

Non amplius adii Corinthum. Cognovi enim brevi sordes divitum et pauperum qui ibi sunt miseriam. Ut enim lota erat multitudo et meridies erat, lepidos vidi ac facetos adolescentes, non circa domos, sed circa Cranium versantes, quo potissimum panariæ ac pomariæ versari solent. (2) Ibi enim huiusmodi proni spectantes alius cortices lupinorum tollebat, alius putamina nucum rimabatur, num quid intus relictum latuisset quod edi posset, alius malicoria, quæ σῖδια nobis Atticis appellare in more est, scalpebat unguibus, sicubi quid granorum adhuc nancisci posset; alii autem quæ ex panibus deciderent, a multis iam conculcata, colligentes comedebant. (3) Tale est Peloponnesi vestibulum et duorum marium in medio sita urbs, elegans quidem ad aspectu et deliciis abundans, sed incolas ingratos et invenustos habens :



εἶτην ἐκ Κυθήρων ἀνασχοῦσαν τὴν Ἀκροκόρινθον ἀσπάσασθαι· εἰ μὴ ἄρα τοῖς μὲν γυναῖοις Ἀφροδίτη πελοῦχος τοῖς δὲ ἀνδράσιν ὁ Αἰμὸς καθιζῆται.

εα'. Ὑδνοσφράντης Μεριδᾶ.

Ἡράκλεις, ὅσα ὑπέστην πράγματα ῥύμματι καὶ νίτρῳ Χαλαστραίῳ χιτίζινοῦ ζωμοῦ τοῦμοι περιχυθέντος τὴν γλισχρότητα ἀποκαθαίρων. καὶ οὐχ οὕτω με εἶδακεν ἡ ὕβρις ὅσον τὸ εἶ ἄφρον τοῦ ὑβρίζοντος. (2) ἐγὼ μὲν γὰρ Ἀνθεμίωνος υἱὸς τοῦ πλουσιωτάτου τῶν Ἀθηνῆσι καὶ Ἀξιοθέας τῆς κατὰ γένος ἐκ Μεγακλέους ὠρμημένης, ὁ δὲ ταῦθ' ἡμᾶς ἐργαζόμενος πατὴρ μὲν ἀσῆμου μητὴρ δὲ βαρβάρου, Σκυθίδος οἶμαι ἢ Κολχίδος ἐν νεομηνίᾳ ἐωνημένης· οὕτω γὰρ μοι τῶν γνωρίμων τινὲς διηγήσαντο. (3) ἀλλ' ἐγὼ μὲν ἐν ταπεινῷ τῷ σχήματι, τὴν πατρῴαν ἀποβαλὼν οὐσίαν, ἀγαπῶ τὴν ἀναγκαίαν ἐκπορίζων τῇ γαστρὶ τροφήν, Δωσιάδης δ', ὡς θεοί, τὴν πύκνα καταλαμβάνει δημηγορῶν κἄν τοῖς ἐν Ἡλιαίᾳ καταριθμεῖται δικάζουσι καὶ τὰς ἡνίας ἔχει τοῦ δήμου, παρ' ᾧ Μιλτιάδης ἐδέδετο ὁ τὸ ἐν Μαραθῶνι τρόπαιον ἐγείρας, καὶ Ἀριστείδης ὁ δίκαιος ἐξωστρακίζετο. (4) λυπεῖ δὲ με οὐχ ἥμισυ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ ἡ τῆς προστιγορίας ἀποβολή. οἱ μὲν γὰρ πατέρες Πολύβιον με ἔθεντο καλεῖσθαι, ἡ τύχη δὲ ἀμείψασα τὸννομα Ὑδνοσφράντην πρὸς τῶν δημοτέγων ἠνάγκασε προσαγορεύεσθαι.

εβ'. Σκοροδολέπισος Καπνοσφράντη.

Ἐπίστασο τὴν αἰτίαν, ἐφ' ἧ με διεσίλλαινον αἱ γυναῖκες, τελευταῖον δὲ ἡ γραῦς ἡ δούλη ἐλοιδορήσατό μοι εἰπούσα « ἀλλ' ἔκκορηθείης ὅτι ἄκαιρος εἶ καὶ λάλος. » μυστήριον ἐν αὐταῖς τρέφεται τοῖν θεοῖν τοῖν Ἐλευσινίοις ἀσφαλέστερον, καὶ βούλονται ἡμᾶς ἀγνοεῖν τοὺς εἰδότας, ἢ καὶ οἶονται ἀκηκόοτας οὐπω πεπεισθαι. (2) ἐγὼ δὲ οἶδα τὸ δρᾶμα καὶ ὅσον οὐκ εἰς μακρὰν κατερῶ τῷ δεσπότη· οὐ γὰρ βούλομαι χείρων φανῆναι τῶν κυνῶν, αἱ τῶν τρεφόντων προύλακτοῦσι καὶ κηδόνται. μοιγὸς πολιορκεῖ τὴν οἰκίαν, ὁ Ἡλείος νεανίσκος, ὁ εἰς τῶν Ὀλυμπίασι βασκάνων. καὶ πρὸς τοῦτον γραμματίδια δσημέραι φοιτᾷ δίθυρα παρὰ τῆς γαμετῆς τοῦ τρέφοντος ἡμᾶς καὶ στέφανοις ἡμιμάραντοι καὶ μῆλα ἀποδεδηγμένα· (3) αἱ δὲ ἀλάστορες αὐταὶ θεραπαινίδες συνίστασι καὶ ἡ ἐπιτύμβιος γραῦς, ἣν Ἐμπουσαν ἄπαντες οἱ κατὰ τὴν οἰκίαν καλεῖν εἰώθασιν ἐκ τοῦ πάντα ποιεῖν καὶ βιάζεσθαι. ἐγὼ δὲ οὐκ εἶσθ' ὅπως σιγήσομαι· βούλομαι γὰρ ἐμαυτὸν οὐ παράσιτον ἀλλὰ φίλον ἐπιδειξάμενος, καὶ ἄλλως διψῶ τῆς κατ' αὐτῶν τιμωρίας. (4) οἶδα γὰρ ὅτι εἰ ταῦτα εἰς φανερόν ἀχθείη, αἱ μὲν θεραπαινίδες δεδῆσονται, ὁ μοιγὸς δὲ ἀπολεῖται βεβημένοις τὴν ἔδραν βεβουμένους, ἡ μιστὰ δὲ γυνὴ τίσει τὴν ἀξίαν τῆς ἀκολασίας εἰς τὴν, εἰ μὴ Πολιάγρου τοῦ


quanquam dicunt Venerem e Cytheris arcem Corinthi salutasse; nisi forte mulierculis quidem Venus est civitatis præses, viris autem Fames est dedicata.

LXI. Hydnoosphrantes Meridæ.

O Hercules, quantas sustinui molestias, sapone et nitro Chalastrico iuris mihi heri infusi viscositatem expurgans. Nec tam me momordit contumelia, quam quod ab ignobili homine passus sum. (2) Ego enim Anthemionis filius illius ditissimi in urbe Athenarum et Axiotheæ e Megacle oriundæ; qui autem hæc nobis fecit, patris est ignobilis, matris autem barbaræ, Scythicæ, ut arbitror, aut Colchicæ, in novilunio emptæ, ita enim mihi quidam noti homines narrarunt. (3) At ego quidem in humili cultu, paternis amissis opibus, contentus sum ventri necessariam saginam suppeditare; Dosiades autem, o dii! Pnyccem occupat concionans, et iis, qui in Heliæa ius dicunt, annumeratur et habenas tenet populi a quo Miltiades in vincula olim coniectus est, is, qui Marathone tropæum crexit, et Aristides ille iustus est eliminatus. (4) Cruciat autem vel maxime præter cetera nominis amissio. Nam parentes quidem Polybii imposuerunt mihi nomen, fortuna autem eo mutato, Hydnoosphrantem ab artis consortibus appellari ut paterer coegit.

LXII. Scorodolepisus Capnoosphrantæ.

Scito causam, ob quam me perstrinxerint mulieres, postremo autem vetula illa ancilla conviciata est mihi, dicens « tu vero funditus pereas, quia importunus es, et garrulus. » Mystrium inter ipsas agitur dearum Eleusiniarum tutius, et volunt ignorare id nos qui novimus, aut etiam credunt, quamvis audiverimus, nondum nobis persuasum esse. (2) Ego vero scio facinus et brevi indicabo hero. Non enim volo deterior esse quam sunt canes, qui pro dominis laurant eosque tuentur. Adulter obsidet domum ille ex Elide adolescens, unus ille ex fascinatoribus Olympiacis. Et ad hunc literæ complicatæ quotidie commeant ab uxore patroni nostri et sarta semimarcida et poma admorsa; (3) scelestæ autem ancillæ conscie sunt et illa capularis vetula, quam Empusam omnes domestici vocare solent, ex eo quod omnia facit et patitur. Ego vero nescio quomodo taceam. Volo enim me non parasitum, sed amicum probare, et ceteroquin etiam sitio eas ulcisci. (4) Scio enim, scio, ubi hæc patefacta fuerint, fore ut ancillæ quidem vinciantur, adulter autem ano raphanis obturato pereat; scelerata vero



κυρτοῦ μαλακώτερός ἐστι τὰ τοιαῦτα Λυσικλῆς· ἐκεῖνος γὰρ λύτρα παρὰ τῶν μοιχῶν ἐπὶ τῇ γαμετῇ πρατόμενος ἀθώους τῆς τιμωρίας ἤφιει.

ξγ'. Φιλομάγειρος Πινασκοπογγίσω.

Ὅσα βουλευόνται καὶ διανοοῦνται αἱ θεοὶς ἐχθραὶ λαιστρυγόνες αὐταὶ τῇ κεκτημένη συμπράττουσαι καὶ οἶδε τούτων οὐδὲν ὁ Φαιδρίας. μηνὶ πέμπτῳ μετὰ τοὺς γάμους τέτοκεν αὐτῷ τὸ γύναιον παιδίον ἄρρεν· τοῦτο μετὰ τῶν σπαργάνων δέραϊά τινα καὶ γνωρίσματα περιθεῖσαι ἔδωκαν Ἀσφαλίῳ τῷ συργάστρῳ κομίζεῖν ἐπὶ τὰς ἀκρωρεῖς τῆς Πάρνηθος. (2) ἡμᾶς δὲ τέως μὲν ἀνάγκη κρύπτειν τὸ κακὸν καὶ πρὸς τὸ παρὸν σιγᾶν· ἐπειδὴν δὲ τι κἂν βραχὺ λυπήσωσι, κόλακα καὶ παρασίτον ἐξονειδίζουσαι καὶ τὰς ἄλλας ἅς εἰώθασιν ὕβρεις ἐπιφέρουσαι, εἴσεται τὸ γεγονός ὁ Φαιδρίας.

ξδ'. Τουρδοσύναγος Ἐφλλοκύθρα.

Ὁ μὲν Κρίτων ὑπ' ἀνοίας καὶ ἀρχαιότητος τρόπου τὸν υἱὸν εἰς φιλοσόφου φοιτᾶν προὔτρεψε, τὸν αὐστηρὸν πρεσβύτην καὶ ἀμειδῆ τὸν ἐκ τῆς ποικίλης ἐξ ἀπάντων τῶν φιλοσόφων καθηγεῖσθαι τοῦ παιδὸς ἀξιώτατον ἡγησάμενος· ὡς ἂν παρ' αὐτῷ λόγων τινὰς σχιζαλμοὺς ἐκμαθὼν ἐριστικὸς καὶ ἀγκύλος τὴν γλῶσσαν γένηται. (2) ὁ δὲ παῖς ἐς τὸ ἀκριθέστατον ἐξεμάξατο τὸν διδάσκαλον· οὐ πρότερον γὰρ τῶν λόγων γενέσθαι μαθητῆς ἀλλὰ τοῦ βίου καὶ τῆς ἀγωγῆς ἐσπούδασε. θεασάμενος γὰρ τὸν διδάσκαλον τῇ ἡμέρᾳ σεμνὸν καὶ σκυθρωπὸν καὶ τοῖς νέοις ἐπιτιμῶντα, νύκτωρ δὲ περικαλύπτοντα τὴν κεφαλὴν τριβωνίῳ καὶ περὶ χαμαιτυπεῖα εἰλούμενον, ἐζήλωσεν ἐν καλῷ. (3) καὶ πέμπτην ταύτην ἡμέραν εἰς ἔρωτα Ἀκαλανθίδος τῆς ἐκ Κεραμεικοῦ κατολισθὸν φλέγεται· αὕτη δὲ ἐπεικῶς ἔχει πρὸς ἐμὲ καὶ ἔρᾶν ὁμολογεῖ, τῷ μειρακίῳ δὲ ἔτι ἀντιτείνεται ἡσθημένη τῷ πόθῳ τυφόμενον, καὶ οὐ πρότερόν φησιν ἐπιδώσειν ἑαυτὴν πρὶν ἂν ἐγὼ τοῦτο ἐπιτρέψω· ἐμὲ γὰρ κύριον τοῦ ταῦτα προστάτειν ἐποίησατο. (4) πολλὰ καὶ ἀγαθὰ δοίης, Ἀφροδίτη πάνδημε, τῇ φιλότῳ γυναικί· ἑταίρου γάρ, οὐχ ἑταίρας ἔργον διεπράξατο. ἐξ ἐκείνου γὰρ θεραπεύομαι λιπαρῶς ἄλλοτε ἄλλαις δώροφορίαις. καὶ εἰ μοι βρούσειε τοῦ χρόνου προϊόντος βασιλέστερος, οὐδὲν κωλύσει με τούτου γαμοῦντος ἐπίκληρον γυναῖκα ἐν γαμετῆς σχήματι τὴν Ἀκαλανθίδα λυσάμενον ἀναλαβεῖν. ἡ γὰρ τοῦ ζῆν αἰτία κοινωνὸς τοῦ ζῆν δικαίως ἂν κατασταίη.

ξε'. Πηξάγκων Ῥυτομάχῳ.

Μέγα τοῦτο ἀγαθὸν ἢ ἐξ Ἰστρίας ναῦς ἢ ἐπὶ τοῦ γώματος ὁρμῶσα ταῖς Ἀθήναις ἦκε φέρουσα τὸν θαυμαστὸν τοῦτον ἔμπορον, ὃς τοὺς πλουσιωτάτους τῶν

mulier dignam luat lasciviae poenam, nisi Poliagro illo gibboso segnior est in talibus Lysicles. Ille enim adulteros pretio accepto impunes poenae dimisit.

LXIII. Philomagirus Pinacospongiso.

Qualia moliantur et in animo habent istae diis invisae Laestrygones cum hera mea facientes. Nihil scit istorum quidquam Phaedrias. Mense quinto post nuptias peperit ei muliercula infantem masculum, quem cum incunabulis collaria quaedam et signa circumponentes dederunt Asphalioni operario portandum in verticem Parnethis. (2) Nos autem interea oportet occultare facinus, et etiam nunc tacemus. Quod si vero vel pauxillum molestae fuerint, assentatorem et parasitum ignominiose vocantes aliasque quas solent ingerentes ignominias, Phaedrias id quod factum est comperiet.

LXIV. Turdosynagus Ephallochytrae.

Criton quidem praedementia morumque stoliditate filium in philosophi scholas itare iussit; austerum illum senem atque tristem, illum ex Paecile, ex omnibus philosophis praeproptorem esse filii idoneum arbitratus, ut ab ipso verborum quasdam subtilitates edoctus contentiosus et anceps in dicendo evaderet. (2) Filius autem exactissime expressit magistrum. Non enim tam sententias discere quam vitam atque disciplinam studuit. Cum enim videret magistrum interdiu gravem ac tetricum juvenesque increpantem, nocte autem caput pallio obvelantem circa lupanaria versari, aemulatus est probe. (3) Ac quintum iam diem in amorem Acalanthidis illius e Ceramico prolapsus flagrat; haec autem bene affecta est erga me et amare fatetur; adolescenti vero adhuc obnilitur, postquam sensit eum cupidine uri; nec prius ait copiam sui se facturam, quam ego permiserim. Mihi enim talia ordinandi fecit potestatem. (4) Multa bona tribuas, o Venus vulgivaga, illi carissimae mulieri; amici enim, non meretricis fecit facinus; ex illo enim tempore color splendidis muneribus. Atque si mihi fluxerit tempore procedente largior, nihil impediet, ubi ille bene dotatam mulierem duxerit, quominus uxoris titulo Acalanthidem redemptam ducam. Quae enim ut viverem fecit, consors vitae merito constituetur.

LXV. Pexancon Rhytomacho.

Magno bono illa ex Istria navis, quae ad aggerem stat in ancoris, Athenas venit advexitque mercatorem illum egregium, praequo divites et munifici Atheniensium



Ἀθήνησι καὶ μεγαλοδώρους χίμβικας καὶ μικροπρεπείς ἀπέφηνεν· οὕτω ἐκκεχυμένως πρὸς τὰς δόσεις κέχρηται τῷ βαλκαντίῳ. (2) οὐ γὰρ ἓνα παράσιτον ἐξ ἄστεος ἀλλὰ πάντας ἡμᾶς μεταπειψάμενος, καὶ οὐχ ἡμᾶς μόνον ἀλλὰ καὶ τῶν ἑταιρῶν τὰς πολυτελεστέρας καὶ τῶν μουσουργῶν τὰς καλλιστευούσας καὶ τοὺς ἀπὸ σκηνῆς ἀπαξαπλῶς εἰπεῖν ἅπαντας, οὐ τὴν πατρίαν οὐσίαν τὰ δὲ ἐκ δικαίων αὐτῷ ποριζόμενα σπαθᾶ. καὶ ψαλλόμενος καὶ καταλούμενος ἤδεται, καὶ τὴν διατριβὴν ποιεῖται χαρίτων καὶ ἀπροδίτης γέμουσαν καὶ ὑβρίζει οὐδέν· (3) ἔστι δὲ καὶ ὀφθῆναι κεχαρισμενώτατος καὶ τῷ προσώπῳ αὐτοῦ τὰς Ὄρας ἐνορχεῖσθαι, καὶ τὴν Πειθὴν τῷ στόματι ἐπικαθῆσθαι εἰποῖς ἄν· προσπαῖσαι τε γλαφυρὸς καὶ λαλῆσαι στωμύλος, οὐνεκά οἱ γλυκὺ Μοῦσα κατὰ στόματος χέε νέκταρ. (4) εἰπεῖν γὰρ οὐ χεῖρον κατὰ τοὺς παιδείας σχολάζοντας ἐξ Ἀθηνῶν ὀρμώμενον, ἐν αἷς οὐδὲ εἰς τούτων ἄγευστος.

ἔς'. Γυμνοχαίρων Φαττοδαρδάπτω.

Ἰθεάσω οἷά με εἰργάσατο ὁ κατάρτος οὗτος κουρεὺς ὁ πρὸς τῇ ὁδῷ; λέγω δὲ τὸν ἀδόλεσχον καὶ λάλον, τὸν τὰ ἐκ Βρεντησίου προτιθέμενον ἔσοπτρα, τὸν τοὺς κόρακας τιθασεύοντα, τὸν ταῖς μαχαιρίσι κυμβαλισμὸν εὐρυθμον ἀνακρούοντα. (2) ὡς γὰρ ἀφικόμεν ἔφρησθαι τὴν γενειάδα βουλόμενος, ἄσμενός τε ἐδέξατο καὶ ἐφ' ὑψηλοῦ θρόνου καθίσας σινδόνα καινὴν περιεῖς πράως εὖ μάλα κατέφερε μου τῶν γνάθων τὸ ξυρὸν ἀποψιλῶν τὸ πύκνωμα τῶν τριχῶν. (3) ἀλλ' ἐν αὐτῷ τούτῳ πανοῦργος ἦν καὶ σκαιός· ἔλαθε γὰρ τοῦτο παρὰ μέρος ποιῶν καὶ οὐ κατὰ πάσης τῆς γνάθου, ὥστε ὑπολειφθῆναι μοι πολλαχῶς μὲν δασεῖαν πολλαχῶς δὲ λείαν τὴν σιαγόνα. (4) κἀγὼ μὲν οὐκ εἰδώς τὴν πανουργίαν ὠρόμεν κατὰ τὸ εἰωθὸς ἄκλιτος εἰς Πασίλωνος. οἱ συμπόται δὲ ὡς εἶδον, ἐξέθανον τῷ γέλωτι, ἕως ἀγνοῦντά με ἐφ' ὅτῳ γελῶσιν εἰς τις εἰς μέσους παρελθὼν τῶν ὑπολειφθεισῶν τριχῶν ἐπιλαθόμενος εἴλκυσεν. (5) ἐκεῖνας μὲν οὖν περιπαθῶς κοπίδα λαθὼν ἀπερρίζωσα, ἔτοιμος δὲ εἰμι ξύλον εὐμέγεθες ἀνελόμενος κατὰ τοῦ βρέγματος πατάξαι τὸν ἀλιτήριον· ἃ γὰρ οὐδ' οἱ τρέφοντες παίζουσι, ταῦτα ὁ μὴ τρέφων ἐτόλμησεν.

ἔς'. Διψαναπυσίλυπος Πλακουντομούωνι.

Νεβρίδα ἰδὼν κανηφοροῦσαν, παρθένον καλλίπηγυν καὶ εὐδάκτυλον, ταῖς βολαῖς τῶν ὀφθαλμῶν ἀπαστράπτουσαν, εὐμήκη καὶ εὐχρουν, ἧς αἱ παρειὰ μαρμαίρουσιν, οὕτως ἐξεκαύθη εἰς ἔρωτα ὥστε με ἐπιλαθόμενον ὅς εἰμι προσδραμόντα ἐθέλειν κύσαι τὸ στόμα, ἔπειτα ἐπὶ συννοίας γενόμενον προσφύοντα βούλεσθαι τὰ τοῖν ποδοῖν ἔγχε καταφιλεῖν. (2) αἰαὶ τῆς ἀγερωχίας, νῦν ἐμὲ μὴ ἐπιθυμῆν ἑρμῶν ἢ κυάμων ἢ ἀθά-

sordidi et illiberales apparent : ita effuse ad largitiones uti solet erumena. (2) Non enim unum parasitum ex urbe sed omnes nos arcessivit, neque nos tantum, sed etiam meretricum sumptuosiores et cantatrices formæ præstantes et scenicos omnino omnes : verum non paternas opes, sed quæ iuste sibi acquisivit, effundit atque fidibus tibiisque circumsonari gaudet conversationemque reddit suavem venustamque et neminem iniuria afficit. (3) Est etiam ad spectu gratissimus et in vultu ei Horas ipsas tripudiare atque Suadam in ore insidere dixeris : in iocando festivus et in loquendo facundus, *Ulpote cui dulci os perfudit neclare Musa* : (4) decet enim secundum eos loqui, qui literarum studiis vacant, si quis sit Athenis oriundus, ubi nemo est, qui illas non degustaverit.

LXVI. Gymnochæron Phattodardapto.

Vidisti quomodo me tractaverit execrabilis iste tonsor, iste ad viam, istum dico garrulum et loquacem, qui Brundisina proponit specula, qui corvos facit mansuetos et cicures, qui cultris pulsatis modulate cymbalissat. (2) Ut enim veni, radendam ei barbam commissurus, libenter me excepit et in alto collocatum sedili linteo novo buccas novaculam densos pilos deglabrans. (3) Sed in eo ipso vafer fuit et improbus. Clam enim id ex parte fecit, neque in tota bucca, ita ut relinqueret mihi multis in locis hispidam, multis in locis glabram maxillam. (4) Atque ego ignorans vafrificem abii, ut soleo, non quidem vocatus in Pasionis ædes. Convivæ autem ut videbant, emoriebantur risu, donec nescienti mihi quamobrem riderent, unus aliquis in medium progressus, relictos pilos vellicavit. (5) Illos equidem iratus sumpto cultro eradicaui. Volo autem fuste grandi arrepto sinciput percutere illi scelerato. Quæ enim ne ii quidem qui nos alunt per iocum faciunt, ea iste non alens ausus est.

LXVII. Διψαναπυσίλυπος Πλακουντομούωνι.

Nebrida conspicatus canephoram virginem, pulchris unis præditam bellisque digitis, acie oculorum coruscantem, proceram pulchrique coloris, cuius genæ nitent, ita exarsi, ut, oblitus qui essem, accurrens vellem suaviari os, deinde rem reputans, adherescens cuperem pedum vestigia deosculari. (2) Heu heu proferviam! mene iam non appetere lupinos aut fabas aut pultem, verum ita salu-



ρας, ἀλλ' οὕτως ὑπερμαζᾶν καὶ τῶν ἀνεφίκτων ἐρᾶν. καταλεύσατέ με εἰς ταῦτον συνελθόντες πρὶν ἢ ἐκρινθῆναι τοῖς πόθοις, καὶ γενέσθω μοι τύμβος ἐρωτικὸς ὁ τῶν λιθιδίων κολωνός.

ζη'. Ἡδύδειπνος Ἀριστοκόρακι.

Θεοὶ μάκαρες, ἰλήκοιτε καὶ εὐμενεῖς εἴητε. οἷον ἀπέφυγον κίνδυνον, τῶν τρισκαταράτων ἐρανοιστῶν λέθητά μοι ζέοντος ὕδατος ἐπιχέαι βουληθέντων. ἰδὼν γὰρ πόρρωθεν εὐτρεπεῖς ἀπεπήδησα, οἱ δὲ ἀπροβουλεύτως ἐξέχεαν, καὶ τὸ θερμὸν ἐπιρρυέν Βαθύλλῳ τῷ οἰνοχοοῦντι παιδί ψιλὸν εἰργάσατο. (2) τῆς κεφαλῆς γὰρ ἀπέσυρε τὸ δέριμα καὶ φλυκταίνας ἐπινωτίους ἐξήθησε. τίς ἄρα μοι δαιμόνων ἐπίκουρος ἐγένετο; μή ποτε οἱ σωτῆρες ἄνακες, ὡς Σιμωνίδην τὸν Λεωπρέπους τοῦ Κρανωνίου συμποσίου, καμὲ τῶν τοῦ πυρὸς χρουνοῦν ἐξήρπασαν.

ξθ'. Τρικλινοςὰξ Κνωσσοτραπέζῳ.

Ἐξηγόρευσα Μνησιλόχῳ τῷ Παιανιεῖ τὴν τῆς γαμετῆς ἀσέλγειαν. καὶ ὁ δὲ βασανίσαι δι' ἐρεῦνης τὸ πρᾶγμα ποικίλης, ὅρκῳ τὸ πᾶν ὁ χρυσοῦς ἐπέτρεψεν. ἀγαγοῦσα οὖν αὐτὸν ἢ γυνὴ εἰς τὸ Καλλίχορον τὸ ἐν Ἐλευσίνι φρέαρ ἀπωμόσατο καὶ ἀπεδύσατο τὴν αἰτίαν. (2) καὶ ὁ μὲν ἀμηγέπη πέπεισται καὶ τὴν ὑπόψιαν ἀπέβαλεν· ἐγὼ δὲ τὴν φλύχρον γλῶτταν ἀποτέμνειν ὁστράχῳ Τενεδίῳ τοῖς βουλομένοις ἔτοιμός εἰμι παρέχειν.

ο'. Λιμοπύκτης Θρασοκυδοίμῳ.

Κορύδωνι τῷ γεωργῷ συνήθης ἐπιεικῶς ἦν, καὶ τὰ πολλὰ ἐξεχεῖτο ἐπ' ἐμοὶ τῷ γέλωτι, ἀστικῆς στωμυλίας καὶ ξένης οὐ κατὰ τοὺς χωρίτας ἐπαίτων. τοῦτον ἰδὼν ἔρμαιον ᾠήθη, εἰ τῶν κατὰ ἄστου πραγμάτων ἀπαλλαγείς εἰς τὸν ἀγρὸν βαδιοίμην καὶ συνεοσίμην ἀνδρὶ φίλῳ, γεωργῷ ἀπράγμονι καὶ ἐργάτῃ, οὐκ ἐκ δικαστηρίων οὐδὲ ἐκ τοῦ σοβεῖν κατὰ ἀγορὰν ἀδίκους ἐπινοοῦντι πόρους, ἀλλὰ γῆθεν ἀναμένοντι τὴν ἐπικαρπίαν ἔχειν. (2) καὶ δῆτα διανοηθεὶς ταῦθ' οὕτω δρᾶν, ὠκείωςάμην τὸν Κορύδωνα. καὶ στείλας ἐμαυτὸν ἀγροικικῶς, νάκος ἐναψάμενος καὶ σμινύην λαβὼν, αὐτοσκαπανεύς ἐδόκουν. ἕως μὲν οὖν ἐν παιδιᾷς μέρει ἔπραττον ταῦτα, ἀνεκτὰ ἦν καὶ μεγάλα ἀποκερδαίνειν ὠμόμην, ὕβρεων καὶ βραπισμάτων καὶ τῆς περὶ τὰ ἐδώδιμα τῶν πλουσίων ἀνοσιότητος ἀπῆλλαγμαίνος. (3) ἐπεὶ δὲ ἐκ τῆς καθ' ἡμέραν συνθηλαίας ἐξ ἐπιταγῆς ἐπράττετο τοῦργον, καὶ ἔδει πάντως ἢ ἀροῦν ἢ φελλέα ἐκκαθαίρειν ἢ γύρους περισκάπτειν καὶ τοῖς βόθροις ἐμφυτεύειν, οὐκέτ' ἀνασχετὸς ἡ διατριβή, ἀλλὰ μοι μετέμελε τῆς ἀλόγου πράξεως καὶ τὴν πόλιν ἐπόθουν. (4) ἐλθὼν οὖν μετὰ μύχιστον

ritate esse lascivientem, ut amem quæ assequi non possum. Obruite me lapidibus omnes in unum congressi, priusquam conficiar desiderio, et fiat mihi tumulus amatorius lapillorum collis.

LXVIII. Hedydipnus Aristocoraci.

Dii beati, propitii benigneque sitis! quale effugium periculum, cum isti execrabiles epulones lebetem ferventis aquæ in me effundere vellent. Cum enim viderem a longinquo paratos, absilui, at illi inconsulte effundebant, et fervida aqua defluens in Bathyllum pocillatorem puerum glabrum fecit. (2) Capitis enim detraxit cutem et pustulas in dorso pullulantes elicuit. Quisnam vero deorum mihi auxiliator fuit? numquid dii servatores, ut Simonidem Leoprepis filium ex Cranonio convivio, ita me ex ignis flumine eripuerunt?

LXIX. Triclinosax Cnossotrapezo.

Enunciavi Mnesilocho Præaniensi uxoris suæ impudicitiam. Atque dum debebat exquirere perscrutarique rem variis modis, iureiurando, homo bellus, commisit. Cum igitur duxisset eum mulier ad Callichorum in Eleusine puteum, deieravit et crimen exiit. (2) Atque illi quidem quodammodo persuasum est et suspicionem abiecit, ego autem garrulam hanc linguam abscindendam testa Tenedia iis qui volunt præbere paratus sum.

LXX. Limopyctes Thrasocydamo.

Corydoni agricolæ consuetudine aliquantisper coniunctus eram et sæpius de me effundebatur in risum, quod esset urbanæ dicacitatis et insolentioris quam pro captu rusticorum intelligens. Quem cum conspexissem, Mercuriale lucrum credidi, si ab urbanis molestiis liberatus, rus me conferrem et essem apud hominem amicum agricolam, tranquillum, operarium, non ex iudiciis neque ex calumniando per forum iniustos machinantem quæstus, sed ex terra exspectantem fructus percipiendos. (2) Et sane cum ita facere constituissem, familiaritatem contraxi cum Corydone; cumque me rusticum in modum composuissem pelliceo aptato et ligone sumpto, verus fossor videbar. Quod quidem quamdiu instar ioci faciebam, tolerabile erat multumque lucratum me esse putabam, quod essem a contumeliis et alapis et ab farditate divitum circa cibos liberatus. (3) Postquam vero ex quotidiana consuetudine pro imperio opus fiebat et oportebat me aut arare aut salebras expurgare aut gyros fodere et scrobibus plantas inserere, non amplius toleranda hæc vitæ ratio visa est, sed me pœnituit stulti facti et urbem desideravi. (4) Igitur cum longo tempore post venissem,



χρόνον οὐκέθ' ὁμοίως ἀστεῖος οὐδὲ χαρίεις ἐδόκουν, ἀλλὰ τις ὄρειος καὶ τραχὺς καὶ ἀπηγῆς, ὥστε αἱ μὲν οἰκίαι τῶν πλουσίων πᾶσαι μοι λοιπὸν ἀπεκέκλειντο, ὁ δὲ λιμὸς τὴν γαστέρα ἐθυροκόπει. (5) ἐγὼ δὲ αὖτος ὢν ὑπὸ τῆς τῶν ἀναγκαίων ἐνδείας λησταῖς τισι Μεγαρικοῖς, οἱ περὶ τὰς Σκειρωνίδας τοῖς ὁδοιπόροις ἐνεδρεύουσιν, ἐκοινωνήσα. ἐνθεν ὁ βίος μοι ἀργὸς ἐξ ἀδικίας πορίζεται. εἰ δὲ λήσω ταῦτα ποιῶν ἢ μὴ, ἀδῆλον. δέδια δὲ τὴν μεταλλαγὴν τοῦ βίου. εἰώθασι γὰρ αἱ τοσαῦται μεταβολαὶ οὐκ εἰς τὸ ζῆν ἀλλ' εἰς ἀπώλειαν καταστρέφειν.

α'. Φιλίπορος Ψυχολάχῳ.

Λεξιφάνης ὁ τῆς κωμωδίας ποιητῆς θεασάμενός με ὀργιζόμενον πρὸς τὰς ἐν τοῖς συμποσίοις παροινίας, λαβὼν κατ' ἑαυτὸν πρῶτα μὲν ἐνουθέτει μὴ τοιαῦτα ἐπιτηδεύειν ὢν ὕβρις τὸ τέλος, ἔπειτα τοῦ φωνήματος ὡς ἔχοιμι διὰ βραχέων ἀποπειραθεὶς τῷ χορῷ τῶν κωμικῶν συλλαμβάνει. ἐκ τούτου δὲ τραπήσασθαι ἔφασκε καὶ ἐμέ. (2) ἐκέλευεν οὖν Διονυσίους τοῖς ἐπιούσι τὸ τοῦ οἴκετου σῆμα ἀναλαβόντα τὸ μέρος ἐκεῖνο τοῦ δράματος ὑποκρίνασθαι. ἐγὼ δὲ ὄψε τοῦ καιροῦ καὶ φύσιν καὶ ἐπιτήδευμα μεταβαλὼν δύσκολός τις καὶ δυσμαθὴς ἐφαινόμην. (3) ἐπεὶ δ' οὐκ ἦν ἐτέρως πράττειν, τὸ δράμα ἐξέμαθον, καὶ μελέτην ἀσκήσει ῥύσας ἔτοιμός εἰμι τῷ χορῷ συντελεῖν. σὺ δὲ ἡμῖν μετὰ τῶν συνήθων ἐπίσειε τοὺς κρότους ἵνα, κἄν τι λάθωμεν ἀποσφαλέντες, μὴ λάβῃ χώραν τὰ ἀστικά μειράκια κλώζειν ἢ συρίττειν, ἀλλ' ὁ τῶν ἐπαίνων κρέτος τὸν θροῦν τῶν σκωμμάτων παραλύσῃ.

αβ'. Οἰνογράφῳ Ῥαφανοχορτάσῳ.

Οὐχ οὕτως οἱ τοὺς Ἑρμᾶς περικόψαντες ἢ οἱ τὰ τῆς θεοῦ ἐν Ἐλευσίनि μυστήρια ἐξοργισάμενοι τὸν περὶ ψυχῆς ἀγῶνα ὑπέμειναν, ὡς ἐγὼ εἰς χεῖρας ἐμπεσὼν, ὃ θεοί, τῆς μισαρωτάτης Φανομάχης. (2) ἐπεὶ γὰρ ἔγνω τὸν ἑαυτῆς ἀνδρᾶ προσκείμενον τῇ Ἴωνικῇ παιδίσκῃ τῇ τὰς σφαίρας ἀναρριπτούσῃ καὶ τὰς λαμπράς περιδινούσῃ, ὑπετόπησεν ἐμὲ πρόξενον εἶναι τῆς κοινωνίας, καὶ διὰ τῶν οἰκετῶν ἀναρπάσασα παραχρῆμα μὲν ἐν κυσοδόκῃ δῆσασα κατέσχεν, εἰς τὴν ὑστεραίαν δὲ παρὰ τὸν ἑαυτῆς ἡγάγε πατέρα, τὸν σκυθρωπὸν Κλεαινέτον, ὃς τὰ νῦν δὴ ταῦτα πρωτεύει τοῦ συνεδρίου, καὶ εἰς αὐτὸν ὁ Ἄρειος πάγος ἀποβλέπουσιν. (3) ἀλλ' ὅταν τινὰ θέλωσιν οἱ θεοὶ σῶζεσθαι, καὶ ἐξ αὐτῶν ἀνασπῶσι βραθήρων οὕτως καμὲ τοῦ τρικαρῆνου κυνός, ὃν φασιν ἐφεστάναι ταῖς ταρταρείαις πύλαις, ἐξήρπασαν. (4) οὐκ ἔφθη γὰρ τὰ κατ' ἐμὲ ὁ δεινὸς ἐκεῖνος πρεσβύτερος τῇ βουλῇ κοινούμενος, καὶ ἡπιάλῳ συσχεθῆς εἰς τὴν τρίτην ἀπέψυξε. καὶ ὁ μὲν ἐκτάδην κεῖται, τὰ πρὸς τὴν ἐκφορὰν τῶν οἴκοι παρασκευαζομένων, (5) ἐγὼ δὲ ἢ ποδῶν εἶχον ὠγρόμην


non amplius æque facetus neque lepidus videbar, verum montanus aliquis et asper et absonus, ita ut ædes quidem divitum omnes mihi iam clausæ essent, fames autem ventrem pulsaret. (5) Ego autem præ rerum necessariorum inopia siccus, latronibus quibusdam Megaricis, qui circa Scironidas viatoribus insidiantur, socium me adiunxi, unde victus mihi sine labore paratur. Utrum vero in occulto mansurus sim hæc faciens, necne, nescio: timeo autem mutationem vitæ; solent enim tales mutationes non ad salutem, sed ad perniciem inclinare.

LXXI. Philaporus Psychomacho.

Θαλῆς Ἐξαμίου ἐπὶ γήρῳ οὐκ εὐπότῳ οἴχεται εὐφρόνης, ὡσπερ ἐώθει, ἅμα τῇ ἀμφιπόλῳ προΐων ἐκ τοῦ αὐλίου τὰ ἄστρα ἐθεῖτο, καὶ (οὐ γὰρ ἐς μνήμην ἔθετο) θεύμενος ἐς τὸ κρημνῶδες ἐκβὰς καταπίπτει. Μιλησίοισι μὲν νυν δαίθερολόγος ἐν τοιῷδε κεῖται τέλει· ἡμεῖς δὲ οἱ λασχηνευταὶ αὐτοὶ τε μεμνώμεθα τοῦ ἀνδρός, οἳ τε ἡμέων παῖδες τε καὶ λασχηνευταὶ, ἐπιδειξιοῖμεθα δ' ἐτι τοῖς ἐκείνου λόγοις. ἀρχὴ μέντοι παντὸς τοῦ λόγου Θαλῆ ἀνακείσθω.

β'. Ἀναξιμένης Πυθαγόρη.

Εὐβουλότατος ἦς ἡμέων, μετανυστὰς ἐκ Σάμου ἐς Κρότωνα ἐνθάδε εἰρηνέες. οἱ δὲ Αἰακῆος παῖδες ἄλαστα κακὰ ἔρδουσι καὶ Μιλησίους οὐκ ἐπιλείπουσι αἰσυμνήται. δεινὸς δὲ ἡμῖν καὶ ὁ Μήδων βασιλεύς, οὐκ ἦν γε ἐθέλωμεν δασμοφορέειν, ἀλλὰ μέλλουσι δὴ ἀμφὶ τῆς ἐλευθερίας ἀπάντων Ἴωνες Μήδοις κατίστασθαι ἐς πόλεμον· καταστᾶσι δὲ οὐκέτι ἐλπίς ἡμῖν σωτηρίας. κῶς ἂν οὖν Ἀναξιμένης ἐν θυμῷ ἐτι ἔχοι αἰθερολογεῖν, ἐν δείματι ἐὼν δλέθρου ἢ δουλοσύνης; σὺ δὲ εἴ καταθύμιος μὲν Κροτωνιήτησι, καταθύμιος δὲ καὶ τοῖσι ἄλλοισι Ἰταλιώτησι φοιτέουσι δέ τοι λασχηνευταὶ καὶ ἐκ Σικελίης.

I. Anaximenes Pythagoræ.

Thales Examii filius in senectute haud feliciter decessit. Is quum, ut consuerat, una cum ancillula sidera inspecturus atrio domus exiisset, immemor ut sese loci situs haberet, dum totus est in contemplandis sideribus, in præceps cecidit. Milesiis igitur suis siderum observator hoc sine occubuit. Verum nos qui literarum amore tenemur, et ipsi tanti viri memoriam colemus, et filii sodalesque nostri, eiusque adhuc sermonibus nos inter nos excipiamus. Initium tamen totius sermonis Thaleti tribuitor.

II. Anaximenes Pythagoræ.

Consultius nobis egisti, qui ex Samo Crotonem comigrasti, ubi quietus vivis. Nam cum Æacidæ infanda mala patrant, tum Milesiis tyranni usque dominantur. Medorum item rex nobis acriter imminet, nisi velimus esse tributarii : sed Iones mox pro communi libertate bellum sunt suscepturi cum Persis : quo suscepto nulla nobis spes salutis est reliqua. Quonam igitur animo possit Anaximenes cælo observando dare operam, dum timet mortem aut servitutem? Tu contra gratus acceptusque es cum Crotoniatis, tum reliquis Italiotis, venitque ad te studiosorum frequentia etiam ex Sicilia.



ΑΝΤΙΓΟΝΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

ANTIGONI EPISTOLA.

Βασιλεὺς Ἀντίγονος Ζήνωνι φιλοσόφῳ χαίρειν. Ἐγὼ τύχῃ μὲν καὶ δόξῃ νομίζω προτερεῖν τοῦ σοῦ βίου, λόγου δὲ καὶ παιδείας καθυστερεῖν καὶ τῆς τελείας εὐδαιμονίας, ἣν σὺ κέκτησαι. διόπερ κέκρικα προσφωνῆσαι σοὶ παραγενέσθαι πρὸς ἐμέ, πεπεισμένος σε μὴ ἀντερεῖν πρὸς τὸ ἀξιούμενον. σὺ οὖν πειράθητι ἐκ παντὸς τρόπου συμμιξαί μοι, διελθῶν τούτου διότι οὐχ ἑνὸς ἐμοῦ παιδευτῆς ἔση, πάντων δὲ Μακεδόνων συλλήβδην. ὁ γὰρ τὸν τῆς Μακεδονίας ἄρχοντα καὶ παιδεύων καὶ ἄγων ἐπὶ τὰ κατ' ἀρετὴν φανερός ἐστι καὶ τοὺς ὑποτεταγμένους παρασκευάζων πρὸς εὐανδρίαν. ὅσος γὰρ ἂν ὁ ἡγούμενος ᾗ, τοιούτους εἰκὸς ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ γίνεσθαι καὶ τοὺς ὑποτεταγμένους.

Rex Antigonus Zenoni philosopho salutem. Ego fortuna me quidem et gloria vitam tuam existimo superare, doctrina vero et eruditione et perfecta quam tu possides felicitate longe te esse inferiorem. Quare te compellare statui ut ad me venias, persuasum habens te precibus meis non esse repugnaturum. Tu igitur omni modo enitere ut tuo contubernio fruamur, hoc pro certo habens, te non mei tantum, sed omnium simul Macedonum fore magistrum. Nam qui Macedoniae regem erudit atque ad virtutem perducit, cum subditos quoque ad probitatem informare apparet. Cuiusmodi enim fuerit dux, tales ut plurimum et subditos fieri necesse est.



ANTIOXΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ. ANTIOCHI EPISTOLÆ.

α'. Βασιλεὺς Ἀντίοχος Πτολεμαίω χαίρειν. Τῶν Ἰουδαίων καὶ παραυτίκα μὲν, ἤνικα τῆς χώρας ἐπέβημεν αὐτῶν, ἐπιδειξαμένων τὸ πρὸς ἡμᾶς φιλότιμον, καὶ παραγενομένους δ' εἰς τὴν πόλιν λαμπρῶς ἐκδεξαμένων καὶ μετὰ μὲν τῆς γερουσίας ἀπαντησάντων, ἄφθονον δὲ τὴν χορηγίαν τοῖς στρατιώταις καὶ τοῖς ἐλέφασιν παρεσχημένων, συνεξελόντων δὲ καὶ τοὺς ἐν τῇ ἄκρᾳ φρουροὺς τῶν Αἰγυπτίων, ἠξιώσαμεν καὶ ἡμεῖς τούτων αὐτοὺς ἀμείψασθαι καὶ τὴν πόλιν αὐτῶν ἀναλαβεῖν κατεφθαρμένην ὑπὸ τῶν περὶ τοὺς πολέμους συμπεσόντων, καὶ συνοικίσει τῶν διεσπαρμένων εἰς αὐτὴν πάλιν συνελθόντων. πρῶτον δ' αὐτοῖς ἐχρίναμεν διὰ τὴν εὐσέβειαν παρασχεῖν τὴν εἰς τὰς θυσίας σύνταξιν, κτηνῶν τε θυσίμων καὶ οἴνου καὶ ἐλαίου καὶ λιθάνου, ἀργυρίου τιμὴν μυριάδας δύο, καὶ σεμιδάλεως ἀρτάβας ἑπτάς ἕξ κατὰ τὸν ἐπιχώριον νόμον, καὶ πυρῶν μεδίμνους χιλίους τετρακοσίους καὶ ἐξήκοντα, καὶ ἁλῶν μεδίμνους τριακοσίους ἑξομῆκοντα πέντε. τελεῖσθαι δ' αὐτοῖς ταῦτα βούλομαι καθὼς ἐπέσταλκα, καὶ τὸ περὶ τὸ ἱερὸν ἀπαρτισθῆναι ἔργον, τὰς τε στοὰς καὶ εἴ τι ἕτερον οἰκοδομησάμενοι. ἡ δὲ τῶν ξύλων ὕλη κατακομιζέσθω ἐξ αὐτῆς τῆς Ἰουδαίας καὶ ἐκ τῶν ἄλλων ἔθνων καὶ ἐκ τοῦ Λιβάνου μηδενὸς εἰσπρασσομένου τέλους· ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἐν οἷς ἂν ἐπιφανεστέραν γίνεσθαι τὴν τοῦ ἱεροῦ ἐπισκευὴν δεῖ. πολιτευσέσθωσαν δὲ πάντες οἱ ἐκ τοῦ ἔθνους κατὰ τοὺς πατρῷους νόμους, ἀπολύεσθω δὲ ἡ γερουσία καὶ οἱ ἱερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς τοῦ ἱεροῦ καὶ οἱ ἱεροψάλται ὧν ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς τελοῦσι καὶ τοῦ στεφανίτου φόρου καὶ τοῦ ὑπὲρ τῶν ἄλλων. ἵνα δὲ θᾶπτον ἡ πόλις κατοικισθῆ, δίδωμι τοῖς τε νῦν κατοικοῦσι καὶ κατελευσομένοις ἕως τοῦ Ὑπερβηρεταίου μηνὸς ἀτελείαν εἶναι μέχρι τριῶν ἐτῶν. ἀπολύομεν δὲ καὶ εἰς τὸ λοιπὸν αὐτοὺς τοῦ τρίτου μέρους τῶν φόρων, ὥστε αὐτῶν ἐπανορθῶσθαι τὴν βλάβην. καὶ ὅσοι ἐκ τῆς πόλεως ἀρπαγέντες δουλεύουσιν, αὐτοὺς τε τούτους καὶ τοὺς ὑπ' αὐτῶν γεννηθέντας ἐλευθέρους ἀφίεμεν, καὶ τὰς οὐσίας αὐτοῖς ἀποδίδοσθαι κελεύομεν.

β'. Βασιλεὺς Ἀντίοχος Ζεύσιδε τῷ πατρὶ χαίρειν. Εἰ ἔρρωσαι, εὖ ἂν ἔχοι, ὑγιαίνω δὲ καὶ αὐτός. πυνθανόμενος τοὺς ἐν Λυδίᾳ καὶ Φρυγίᾳ νεωτερίζοντας, μεγάλης ἐπιστροφῆς ἠγησάμην τοῦτό μοι δεῖσθαι. καὶ βουλευσαμένῳ μοι μετὰ τῶν φίλων τί δεῖ ποιεῖν, ἔδοξεν εἰς τὰ φρούρια καὶ τοὺς ἀναγκαιο-

1. Rex Antiochus Ptolemæo salutem. Quum Iudæi, simulatque in eorum fines intravimus, suum erga nos studium declaraverint et in urbem suam venientes splendide exceperint, cumque senatu obviam prodierint, et militibus elephantisque abunde omnia præbuerint, nosque in expugnando Ægyptiorum in arce præsidio adiuverint, visum est nobis eos pro his remunerari eorumque urbem casibus, qui solent in bellis accidere, adversis labefactam reficere et revocatis in eam eis qui sunt dispersi instaurare. Ac primum eis decrevimus pietatis causa impensam præbere in sacrificia faciendam de pecudibus, quæ sacrificari solent, et vino et oleo et thure, ad pretium viginti millium argenteorum, et similæ artabas sacras secundum regionis istius morem sex et tritici modios mille quadringentos sexaginta et salis modios trecentos septuaginta quinque. Atque hæc eis solvi volo, quemadmodum imperavi, templique opus expediri et porticus et si quid aliud ædificandum est. Materia autem apporetur ex ipsa Iudæa reliquisque regionibus et Libano nullo exacto vectigali, idemque valeat de reliquis, quibus ad speciosorem templi apparatus opus erit. Vivant autem omnes eius nationis homines ex legibus patriis, immunisque sit senatus et sacerdotes et scribæ templi et sacri cantores et ab eo quod pro capite pendunt et a tributo coronario quodque de ceteris penditur. Quo autem citius urbs instauretur, concedo eis qui nunc eam habitant, quique usque ad mensem Hyperboretæum eo redierint, immunitatem in triennium. Quin etiam in posterum tertiam eis tributorum partem remittimus ad eorum damnum reficiendum, et quotquot ex urbe abrepti serviunt, et ipsos et eorum natos manumittimus atque facultates eis reddi imperamus.

II. Rex Antiochus Zeuxidi patri salutem. Si vales, bene est, ego quoque valeo. Quum audivissem quosdam in Lydia et Phrygia res novas moliri, magnopere hoc mihi curandum esse censui. Ac consultantanti mihi cum amicis quid facto esset opus, visum est in



τάτους τόπους τῶν ἀπὸ τῆς Μεσοποταμίας καὶ Βαβυλωνίας Ἰουδαίων οἴκους δισχιλίους σὺν ἐπισκευῇ μεταγαγεῖν· πέπεισμαι γὰρ εὖνους αὐτοὺς ἔσεσθαι τῶν ἡμετέρων φύλακας διὰ τὴν πρὸς τὸν θεὸν αὐτῶν εὐσέθειαν, καὶ μαρτυρουμένους δ' αὐτοὺς ὑπὸ τῶν προγόνων πίστιν οἶδα καὶ προθυμίαν εἰς ἃ παρακαλοῦνται. βούλομαι τοίνυν, καίπερ ἐργώδους ὄντος, τούτους μεταγαγεῖν, ὑποσχόμενος νόμοις αὐτοὺς χρήσεσθαι τοῖς ἰδίοις. ὅταν δ' αὐτοὺς ἀγάγῃς εἰς τοὺς προειρημένους τόπους, εἰς τε οἰκοδομὰς οἰκιῶν δώσεις αὐτοῖς τόπον ἑκάστῳ καὶ χώραν εἰς γεωργίαν καὶ φυτεῖαν ἀμπέλων, καὶ ἀτελεῖς τῶν ἐκ τῆς γῆς καρπῶν ἀνήσεις ἐπ' ἔτη δέκα. μετρείσθωσαν δὲ καὶ ἄχρις ἂν τοὺς παρὰ τῆς γῆς ἄρτους λαμβάνωσι, σῖτον εἰς τὰς τῶν θεραπόντων διατροφάς· διδόνθω δὲ καὶ τοῖς εἰς τὰς χρεῖας ὑπηρετοῦσι τὸ αὐταρκές, ἵνα τῆς παρ' ἡμῶν τυγχάνοντες φιλανθρωπίας προθυμοτέρους παρέχωσιν αὐτοὺς περὶ τὰ ἡμέτερα. πρόνοιαν δὲ ποιῶ καὶ τοῦ ἔθνους κατὰ τὸ δυνατόν, ὅπως ὑπὸ μηδενὸς ἐνοχλῆται.

castella et loca maxime necessaria trans erre ex Mesopotamia et Babylonia Iudæorum bis mille familias cum ipsorum suppellectili. Credo enim nostrarum rerum custodes fore benevolos, cum propter eorum erga deum pietatem, tum propter fidei promptique ad exsequenda iussa obsequii testimonium ipsis a maioribus nostris exhibitum. Itaque hos volo, quamvis laboriosum sit, traducere, fide eis data, ut suis legibus uti permittantur. Quum autem eos in locos ante dictos transtuleris, dabis singulis ad ædificandas domos locum et agrum ad frugum et vitium culturam et immunitatem frugum terræ concedes in annos decem. Ac donec messem fecerint, demensum frumentum accipiant in famulorum alimoniam, eisque detur, qui ipsis ad negotia operata commovent, quantum opus sit, ut benigne a nobis habiti studiosiores se rerum nostrarum præbeant. Da etiam operam, quantum fieri potest, ut a nemine quoquam ista gens vexetur.





ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ

ΤΟΥ ΤΥΑΝΕΩΣ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

APOLLONII TYANEI EPISTOLÆ.

α'. Εὐφράτη.

Ἐμοὶ πρὸς φιλοσόφους ἐστὶ φιλία, πρὸς μέντοι σοφιστὰς ἢ γραμματιστὰς τι ἢ τοιοῦτο γένος ἕτερον ἀνθρώπων κακοδαιμόνων νῦν οὔτεν ἐστὶ φιλία, μήτε ὑστερόν ποτε γένοιτο. τάδε μὲν οὖν οὐ πρὸς σέ, πλὴν εἰ μὴ καὶ σὺ τούτων εἷς· ἐκεῖνα δὲ καὶ πάνυ πρὸς σέ, θεράπευέ σου τὰ πάθη καὶ πειρῶ φιλόσοφος εἶναι καὶ μὴ φθονεῖν τοῖς ὄντως φιλοσοφοῦσιν, ἐπεὶ σοὶ καὶ γῆρας ἤδη πλησίον καὶ θάνατος.

β'. Τῷ αὐτῷ.

Ἡ ἀρετὴ φύσει, μαθήσει, κτήσει, χρήσει, δι' ἣν ἕκαστον ἂν εἴη τῶν προειρημένων ἀποδοχῆς ἄξιον. σκεπτόν εἰ τί σοὶ τούτων ἐστίν, ἢ σοφιστείας παυστέον λοιπὸν ἢ προικὰ γε χρηστέον αὐτῇ, πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας, ἐπεὶ περ ἤδη σοὶ καὶ τὰ Μεγαβύζου.

γ'. Τῷ αὐτῷ.

Ἐπῆλθες ἔθνη τὰ μεταξὺ τῆς Ἰταλίας ἀπὸ Συρίας ἀρξάμενος, ἐπιδεικνύς σεαυτὸν ἐν ταῖς τοῦ βασιλέως λεγομέναις διπλῇ δέ σοι τότε καὶ πώγων λευκὸς καὶ μέγας, πλέον δὲ οὐδέν. εἶτα πῶς διὰ θαλάττης νῦν ὑποστρέφεις ἄγων φορτίδα μεστήν ἀργυρίου, χρυσίου, σκευῶν, παντοδαπῶν, ἐσθῆτων ποικίλων, κόσμου τοῦ λοιποῦ, τύφου καὶ ἀλαζονείας καὶ κακοδαιμονίας; τίς ὁ φόρτος καὶ ὁ τρόπος τῆς καινῆς ἐμπορίας; Ζήνων τραγημάτων ἦν ἔμπορος.

δ'. Τῷ αὐτῷ.

Ὀλίγων δεῖ σοὶ τοῖς παισίν, εἰ φιλοσόφου παῖδες εἴησαν. ἔδει μὲν οὖν μηδὲ φροντίσαι πλείω σοὶ γενέσθαι τῶν ἱκανῶν, ἄλλως τε καὶ μετὰ ἀδοξίας τινός. ἐπεὶ δὲ ἅπαξ ἐγένετο, δεύτερον ἂν εἴη μεγάλη σπουδῇ νεῖμαί σε τισιν ἔνια τῶν ὄντων· ἔχεις δὲ καὶ πατρίδα καὶ φίλους.

ε'. Τῷ αὐτῷ.

Τῶν Ἐπικούρου λόγων ἡ περὶ ἡδονῆς οὐδενὸς ἐστὶ

I. Euphratæ.

Cum philosophis amicitia mihi est, cum sophistis vero sive grammatistis sive quod aliud tale est miserorum genus hominum neque nunc est amicitia neque in posterum unquam fuerit. Et hæc quidem nihil ad te, nisi si tu quoque horum unus es, ista vero vel maxime ad te: moderare affectibus tuis atque operam da ut sis philosophus, neque vere philosophis inideas, quoniam et senectus tibi et mors instant proxime.

II. Eidem.

Virtus natura, institutione, possessione, usu constat, ob quam unum quidque eorum, quæ modo dixi, quod acquiratur dignum est. Considerandum igitur, numquid horum teneas, aut a sophistica iamiam desistendum aut gratis certe ea qui ad te accedunt impertiendi, præsertim quum opibus affluas Megabyzi.

III. Eidem.

Adiisti a Syria exorsus quæ usque ad Italiam porriguntur gentes, te ipsum regiis, quæ vocantur, ornatum ostentans vestibus. Pallium tunc tibi fuit et candida barba ac promissa, præterea nihil. Quid est igitur quod iam per mare revertaris navem ducens referlam argento, auro, supellectile varia, vestimentis versicoloribus, ornatu reliquo, fastu et superbia et miseria? quodnam illud onus et quinam novæ mercaturæ modus? scilicet Zeno bellariorum erat mercator.

IV. Eidem.

Paucis tui liberi indigent, si quidem philosophi sunt liberi. Quare neque opera tibi danda erat, ut plus quam satis est, idque non sine tua ignominia, acquirereres. Sed quoniam semel factum est, proximum fuerit ut studiosissime quibusdam de facultatibus tuis largiaris: habes autem et patriam et amicos.

V. Eidem.

Epicuri sermonum is qui de voluptate est nullo iam



συνηγόρου δέϊται τῶν ἐκ τοῦ κήπου καὶ τῆς ἐκείνου διατριβῆς· πέφηνε γὰρ ὦν καὶ κατὰ τὴν στοὰν ἀληθέστατος. εἰ δὲ ἀντιλέγων προχομιεῖς τὰς Χρυσίππου σχολὰς καὶ δόγματα, γέγραπται τι καὶ ἐν τοῖς βασιλικοῖς γράμμασιν· Εὐφράτης ἔλαβε καὶ πάλιν ἔλαβεν· Ἐπίκουρος δὲ οὐκ ἂν ἔλαβεν.

ε'. Τῷ αὐτῷ.

Ἡρόμην πλουσίους τινὰς, εἰ ἀνιῶνται, τί δ' οὐ μέλλομεν; ἔρασαν. Ἡρόμην οὖν καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ἀνάγκης, καὶ ἡτιῶντο τὸν πλοῦτον. σὺ δ', ὦ τάλαν, νεόπλουτος.

ζ'. Τῷ αὐτῷ.

Ἐὰν ὅτι τάχος εἰς Αἰγὰς ἀφίκη καὶ κενώσης ἐκεῖ τὴν ναῦν, ἴτέον ἐστὶ σοὶ πάλιν ὅτι τάχος εἰς τὴν Ἰταλίαν καὶ κολακευτέον δημοίως νοσοῦντας, γέροντας, γραῦς, ὀρφανούς, πλουσίους, θρυπτομένους, Μίδας, Γέτας. πάντα φασι δεῖν τὸν ἔμπορον κάλων σείειν. ἐμοὶ δ' εἴη τὴν ἑλιάν τρυπᾶν ἐν Θέμιδος οἴκῳ.

η'. Τῷ αὐτῷ.

Ἄρα τι καὶ σὺ γράφαις ἂν; εἰ γὰρ οὕτω γένοιο γενναῖος. καὶ ἔροις δ' ἂν εἰπεῖν τὰ συνήθη ταῦτα καὶ πρόχειρα· « λουτρὸν ἅπαν Ἀπολλώνιος παραιτεῖται. » καὶ τῆς οἰκίας οὐδέποτε πρόεισι καὶ σιζομένους ἔχει τοὺς πόδας. « οὐδὲν δρᾶται τῶν τοῦ σώματος κινῶν. » δι' ὅλου γὰρ τὴν ψυχὴν κινεῖ. « κομᾷ τὴν κεφαλὴν. » καὶ γὰρ ὅτι Ἑλλήν καὶ οὐ βάρβαρος. « ἐσθῆτα φορεῖ λινῆν. » καὶ τῶν ἐρεῶν τὰ καθαρώτατα. « μαντικῇ χρῆται. » πλείω γὰρ τὰ ἀδήλα, καὶ ἄλλως ἀμήχανον προαισθῆσθαι τι τῶν ἐσομένων. « ἀλλ' οὐ πρόπον φιλοσόφῳ τὸ τοιοῦτον. » δὲ πρέπει καὶ θεῶ; (2) « καὶ σωμάτων δὲ δδύνας ἀφαιρεῖ καὶ πάθη παύει. » τοῦτό που καὶ πρὸς τὸν Ἀσκληπιὸν κοινὸν τὸ ἐγκλημα. « σιτεῖται μόνος. » οἱ δὲ λοιποὶ ἐσθίουσι. « βραχέα λέγει καὶ ἐπὶ βραχύ. » σιγῆσαι γὰρ ἐστὶν ἀδύνατος. « σαρκῶν ἀπέχεται πασῶν καὶ θηρίων πάντων. » διὰ τοῦτο ἀνθρωπός ἐστιν. εἰ ταῦτα ἐρεῖς, Εὐφράτα, γεγράψαι, ἴσως ἐκεῖνο προσθήσεις « εἰ τι ἦν, ἔλαβεν ἂν ἀργύριον, ὡς ἐγώ, δωρεὰς πολιτείας. » εἰ τι ἦν, οὐκ ἂν ἔλαβεν. « ἀλλὰ τῇ πατρίδι μὲν ἔλαβεν ἂν. » οὐ πατρὶς δὲ, ἢ μὴ οἶδεν δ' ἔχει.

θ'. Δίῳνι.

Ἀλλοῖς καὶ λύρα κρεῖττόν ἐστι τέρπειν ἢ λόγῳ· τὰ μὲν γὰρ ἡδονῆς ὄργανα καὶ μουσικὴ τοῦνομα τῇ τέχνῃ, λόγος δὲ τἀληθές εὕρισκεῖ. τοῦτό σοι πρακτέον, τοῦτό σοι ῥητέον, ἦν καὶ περὶ τούτου φιλοσοφῆς.

egret patrono ex horto et illius schola profecto : namque et secundum stoam verissimum esse apparet. Sin vero contradicens Chrysippi scholas ac præcepta proferes, scriptum est etiam aliquid in regis litteris : Euphrates accepit et rursus accepit. Epicurus autem non accepisset.

VI. Eidem.

Interrogabam divites quosdam, num otio languescerent : Qui vero non languescamus? responderunt. Quomque quæ huius necessitatis causa esset rogarem, divitias incusabant. Tu vero, o miser, nuper dives factus es.

VII. Eidem.


Quam primum Ægas veneris ibique navem exoneraveris, in Italiam tibi quam citissime redeundum, pariterque adulandum ægrotis, senibus, anibus, orbis, opulentis, luxuriantibus, Midis, Getis. Omnem aiunt rudentem movere oportere mercatorem. Mihi vero salinum terebrare in Themidis ædibus liceat.

VIII. Eidem.

Ecquid etiam tu scribas? utinam tam sis liberalis! Posses et usitata ista dicere atque trita : « Omne balneum Apollonius recusat. » neque ex ædibus unquam prodit, salvosque habet pedes. « Neque conspicitur ullam movens partem corporis. » semper enim movet animum. « Capillum promittit. » hoc enim quia Græcus est neque barbarus. « Vestem fert lineam. » quæque lanis multo sunt puriora. « Divinatione utitur. » plurima enim obscura sunt, neque aliter fieri potest ut futurum quid præsentiamus. « Sed non decet tale quid philosophum. » quod nec deo est dedecori? (2) « Et corporis tollit ægrotudines sedatque affectus. » quod crimen commune habet cum Æsculapio. « Solus cibum capit. » reliqui vero devorant. « Pauca loquitur eaque breviter. » nimirum facere omnino non potest. « A carnibus omnibus et feris abstinet. » iccirco homo est. Hæc si dices, Euphrata, in scriptis tibi esse, fortasse et illud adicies : « Si quid potuisset, argentum sumpsisset, sicut ego, munera reipublicæ. » si quid potuisset, non sumpsisset. « At patriæ sumpsisset. » non autem patria, quæ quid habeat ignorat.

IX. Dioni.

Tibiis atque lyra satius est quam oratione delectare : nam illa voluptatis instrumenta sunt, atque nomen musica, oratio vero invenit verum. Hoc tibi faciendum, hoc tibi dicendum, siquidem et huius causa philosopharis.



ι'. Τῷ αὐτῷ.

Ζητοῦσί τινες τὴν αἰτίαν, δι' ἣν πέπαυμαι διαλεγόμενος ἐν πολλοῖς· εἰδέτωσαν οὖν οἷς ἂν εἰδέναι μέλη, τὸ τοιοῦτον. ἀδύνατος ὠφελῆσαι λόγος ἅπας, ὃς ἂν εἷς ὢν μὴ καὶ πρὸς ἓνα λέγεται. ὁ τοίνυν ἄλλως διαλεγόμενος δόξης ἤττων ὢν διαλέγοιτ' ἄν.

ια'. Καισαρέων προβούλις.

Πρῶτον εἰς πάντα θεῶν ἄνθρωποι δέονται καὶ περὶ παντός, ἔπειτα πόλεων· τιμητέον γὰρ δεύτερον πόλεις μετὰ θεοῦ καὶ τὰ πόλεις προκριτέον παντὶ νοῦν ἔχοντι· εἰ δὲ μὴ πόλις μόνον εἴη, ἀλλὰ καὶ μεγίστη τῆς Παλαιστίνης, ἀρίστη τε τῷ αὐτοῦ μεγέθει καὶ νόμοις καὶ ἐπιτηδεύμασι καὶ προγόνων κατὰ πόλεμον ἀρεταῖς, ἔτι τε ἤθεσι κατ' εἰρήνην, καθάπερ ἡ ὑμετέρα πόλις, μάλιστα πασῶν τῶν ἄλλων ἐμοίγε θαυμαστά τιμητέα τε καὶ ἄλλω δὲ ὁμοίως παντὶ νοῦν ἔχοντι. τοῦτο μὲν οὖν ἐκ λόγου κοινοῦ τὸ προκριτικὸν ἂν εἴη τὸ κατὰ σύγκρισιν τῶν πολλῶν. (2) ὅταν δὲ καὶ ἀρχὴ πόλις ποτὲ τῆς πρὸς ἓνα τιμῆς ἀνὴρα πόλις οὔσα καὶ τοῦτον ἑαυτῆς ξένον καὶ ἄπωθεν, τί ἢ τούτου τοῦ ἀνδρὸς πρὸς ἀμοιβὴν ἢ ὑμῖν ἀλλήλοις τισὶν ἀξίον ἂν εἴη; τοῦτο μόνον ἴσως, εἰ θεοφιλῆς τις ὢν τύχοι διὰ τινὰ φύσεως ἐπιτηδειότητα, τὸ εὐχεσθαι τῇ πόλει τὰ ἀγαθὰ, τυγχάνειν τε τῆς εὐχῆς, ὅπερ ἂν διατελέσαιμι καὶ γὰρ πράττων ὑπὲρ ὑμῶν, ἐπεὶ περ ἤσθην ἤθεσιν Ἑλληνικοῖς φαίνουσι τὸ ἴδιον ἀγαθὸν καὶ διὰ γραμμῶν κοινῶν. Ἀπολλωνίδην δὲ τὸν Ἀφροδισίου, νεανίαν ἐρρωμενεστάτης φύσεως ἀξίας τε τοῦ ὑμετέρου ὀνόματος, πειράσσομαι χρήσιμον ὑμῖν παρασκευάζειν εἰς ἕκαστα μετὰ καὶ τύχης τινὸς ἀγαθῆς.

ιβ'. Σελευκέων τοῖς προβούλοις.

Πόλις, ἣτις ἂν οὕτω πρὸς τε θεοῦς ἔχη καὶ ἀνθρώπων πρὸς τοὺς ἀξίους ἀποδοχῆς, αὐτὴ τε εὐδαίμων καὶ εἰς ἀρετὴν ὠφέλησε τοὺς μαρτυρηθέντας. ἀρξασθαι μὲν οὖν χάριτος οὐ δυσχερές, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν ἀνθρώποις τὸ κάλλιστον· ἀμοιβὴν δ' οὐ μόνον οὐ βῆδον, ἀλλὰ καὶ παντελῶς ὁμοίαν εὐρεῖν ἀδύνατον. τὸ γὰρ που τῇ τάξει δεύτερον οὐδέποτε τῇ φύσει πρῶτον. ὥστε θεὸν ἀνάγκη παρακαλεῖν ὑπὲρ ὑμῶν ἀμείψασθαι τοὺς οὐ τῇ δυνάμει μόνον ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔργοις κρείττους γενομένους. ἀνθρώπων γὰρ οὐδεὶς τά γε τηλικῶτα δυνατός. καὶ τὸ ἐθελῆσαι δ' ἂν με παρ' ὑμῖν γενέσθαι τῆς ὑμῶν ἂν εἴη χάριτος καὶ αὐτὸ εἰς ἡμᾶς, ὡς ἔγωγ' ἂν εὐξαίμην παρ' ὑμῖν καὶ γεγενῆσθαι. οἱ πρέσβεις ὑμῶν τιμιώτεροι, διότι καὶ φίλοι, Ἱερώνυμος καὶ Ζήνων.

ιγ'. Τοῖς αὐτοῖς.

Στράτων μὲν ἐξ ἀνθρώπων οἴχεται πᾶν ὅσον ἦν

X. Eldem.

Quærun quidam causam, ob quam coram populo disserere cessaverim. Sciant igitur, quorum id scire interest: utilitatem nequaquam asferre potest sermo, qui quum unus sit non etiam ad unum habeatur: quare qui aliter disserat, hoc sane gloriæ captandæ causa fecerit.

XI. Cæsarcensium senatui.


Primum ad omnia diis homines indigent atque in omni re, deinde civitatibus. Censendæ sunt enim civitates secundum post deos locum tenere, ac civitatis res præponendæ cuius sapienti: s' n autem non civitas tantum sit, verum et Palæstinæ maxima, omniumque quæ ibi sunt magnitudine et legibus et institutis et maiorum sive bellica laude sive pacis artibus, quemadmodum vestra civitas, præstantissima, omnium maxime illa et mihi admiranda et colenda est et cuius pariter sapienti. Hoc igitur nomine, si cum aliis multis comparetur, communi omnium consensu primæ ei partes deferendæ. (2) Sed ubi unum virum civitas, eumque hospitem suum atque absentem, ipsa sua sponte honore afficiat, quid quæso quod aut ab isto viro rependatur aut a vobis recipiatur dignum fuerit? hoc solum fortasse, si deo amicus naturæ quadam opportunitate fuerit, ut optima quæque civitati precatus voti compos fiat, id quod et ego pro vobis facere non desinam, quum Græcis gaudeam moribus insitam sibi probitatem et per litteras publicas declarantibus. Apolloniden autem Aphrodisii filium, firmissimæ indolis iuvenem vestroque nomine dignæ, ad omnia utilem vobis re. Idere conabor fortuna adiuvante.

XII. Seleucensium senatui.

Civitas hoc modo erga deos affecta atque erga laude dignos homines et ipsa felix est et eorum virtutem effert, quibus eius dicitur testimonium. Primum igitur in aliquem beneficia conferre non est arduum, sed et omnium quæ inter homines sunt pulcherrimum; remunerationem autem non modo non facile est, verum et prorsus æqualem invenire humanas excedit vires: nam quod ordine secundum est, nunquam natura primum fuerit. Quare deos necesse est imploremus, ut pro nobis gratiam eis referant, qui non solum potestate, sed factis etiam nos superarunt. Hominum enim tanta præstare nemo potest. Quod vero me vobiscum esse cupitis, id ipsum quoque vestræ in me benevolentiae documentum est, quemadmodum ego et natum me apud vos esse exoptarim. Legati vestri eo maioris æstimandi, quod et amici sunt, Hieronymus atque Zeno.

XIII. Eisdem.

Strato quidem ex hominibus discessit, quicquid mor-



αὐτῷ θνητὸν ἐπὶ γῆς καταλιπών. χρῆ δὲ τοὺς εἶτι
κολαζομένους ἡμᾶς ἐνθάδε (ζῆν ἄλλως λεγομένους) ἔχειν
τιὰ τῶν ἐκείνου πραγμάτων ἐπιμέλειαν. ἄλλοις μὲν
οὖν ἄλλο τι ἔργον δικαίως ἂν γένοιτο νῦν ἢ καὶ ὕστε-
ρον, οἷς μὲν ὡς οἰκείοις, οἷς δ' ὡς αὐτὸ μόνον ἀνδράσι
φίλοις, οὐκ ἐν ἐτέρῳ γνωσθησομένοις χρόνῳ, τούτων
εἴπερ ἦν τῶν ὀνομάτων ἀληθές τι καὶ πρόσθεν· ἐγὼ
μέντοι καὶ ταύτῃ βουλόμενος ἐξαιρέτως ὑμέτερος εἶναι,
τὸν ἐκ Σελευκίδος υἱὸν αὐτῷ γενόμενον Ἀλέξανδρον
αὐτὸς ἀναθρέψω καὶ μεταδώσω παιδείας τῆς ἐμῆς.
πάντως δ' ἂν μετέδωκα καὶ χρημάτων ὃ τὰ μείζονα
δούς, εἴπερ ἔχειν ἦν ἄξιον.

ιδ'. Εὐφράτη.

Πυνθάνονται μου πολλοὶ πολλάκις, τίνος ἔνεκεν οὐ
μετεπέμφθην εἰς Ἰταλίαν, ἢ οὐ μεταπεμφθεὶς ἀφικό-
μην, ὡσπερ σὺ καὶ εἴ τις ἕτερος. ἐγὼ δὲ περὶ τοῦ
προτέρου μὲν οὐκ ἀποκρινοῦμαι, μὴ καὶ δόξω τισὶν
εἰδέναι τὴν αἰτίαν, οὐδ' εἰδέναι μοι μέλλον, περὶ δὲ τοῦ
δευτέρου τί ἂν καὶ δεοίμην ἕτερον λέγειν, ἢ ὅτι μᾶλλον
ἂν μετεπέμφθην ἢ ἀφικόμην; ἔρρωσο.

ιε'. Τῷ αὐτῷ.

Τὴν ἀρετὴν ἀδέσποτον εἶναι Πλάτων εἶπεν. εἰ
δὲ μὴ τιμᾶ τοῦτό τις καὶ γέγηθεν ἐπ' αὐτῷ, ἀλλὰ
καὶ ὠνιος γίνεται γρημάτων, πολλοὺς δεσπότας ἑαυτοῦ
ποιεῖ.

ισ'. Τῷ αὐτῷ.

Μάγους οἶει δεῖν ὀνομάζειν τοὺς ἀπὸ Πυθαγόρου
φιλοσόφους, ὧδέ που καὶ τοὺς ἀπὸ Ὀρφέως. ἐγὼ δὲ
καὶ τοὺς ἀπὸ τοῦ δεῖνος οἶμαι δεῖν ὀνομάζεσθαι μά-
γους, εἰ μέλλουσιν εἶναι θεῖοί τε καὶ δίκαιοι.

ις'. Τῷ αὐτῷ.

Μάγους ὀνομάζουσι τοὺς θεοὺς οἱ Πέρσαι. μάγος
οὖν ὁ θεραπευτὴς τῶν θεῶν ἢ ὁ τὴν φύσιν θεῖος, σὺ δ'
οὐ μάγος, ἀλλ' ἄθεος.

ιγ'. Τῷ αὐτῷ.

Ἡράκλειτος ὁ φυσικὸς ἄλογον εἶναι κατὰ φύσιν
εἶπεν τὸν ἄνθρωπον. εἰ δὲ τοῦτο ἀληθές, ὡσπερ
ἐστὶν ἀληθές, ἐγκαλυπτός ἐκαστος ὁ ματαίως ἐν δόξῃ
γενόμενος.

ιδ'. Σκοπελιανῷ σοφιστῇ.

Πέντε εἰςὶ σύμπαντες οἱ τοῦ λόγου χαρακτῆρες, ὁ
φιλόσοφος ὁ ἱστορικὸς ὁ δικανικὸς ὁ ἐπιστολικὸς ὁ ὑπο-

EPISTOLOGN.

tale ei fuit in terra relicto. Oportet autem nos, qui adhuc
hoc in loco pœnas damus, alias vivere dicimur, aliquam
eius rerum curam suscipiamus. Quare alii quidem aliud
quid nunc aut etiam postea fecerint, sive ut propinqui,
sive ut amici solum viri, quorum nominum an quod
et antea verum fuerit hoc ipso maxime tempore co-
gnosceatur: ego vero sic quoque præ ceteris vester
esse cupiens filium ex Seleucide illi natum Alexandrum
ipse educabo meæque participem faciam disciplinæ.
Omnino, majora quum tradam, pecuniæ etiam participa-
rem, si habere eam conveniret.

XIV. Euphrata.

Multi sæpenumero ex me quærent, quam ob causam
non accessitus sim in Italiam aut accessitus non venerim,
quemadmodum tu et si quis alius. Ego vero ad prius
quidem non respondebo, ne quibusdam causam scire vi-
dear, quam scire mea nihil prorsus interest: de altero
autem quid dicam aliud quam quod, accessitus licet, non
facile tamen venerim? Vale.

XV. Eidem.

Virtutem nullis dominis subiectam esse dicebat Plato.
Quod si quis aspernetur, neque gaudium hinc capiat, verum
et venalem se præstet pecuniis, is multos sibi ipsi dominos
imponit.

XVI. Eidem.

Magos dicendos esse censes philosophos Pythagoram,
itemque Orpheum secutos. Ego vero quemlibet sequentes
magos dicendos esse censeo, dummodo divini sint futuri
atque iusti.

XVII. Eidem.

Magos deos appellare solent Persæ. Magus igitur deorum
cultor est aut qui natura sua a diis abest proxime: tu vero
non magus, verum impius.

XVIII. Eidem.

Heraclitus physicus irrationalem natura dicebat esse
hominem. Quod si verum, ut verum est, præ pudore
quivis se occultet, qui in opinione frustra consumit
operam.

XIX. Scopeliano sophistæ.

Quinque in universum orationis formæ sunt, philo-
sophica, historica, iudicialis, epistolaris, commentato-



μνηματικός. ἐγκειμένων δὴ τῶν γενικῶν χαρακτήρων τῆ τάξει πάλιν γίνεται πρῶτος μὲν ὁ κατὰ τὴν ἐκάστου δύναμιν ἢ φύσιν ἴδιος ὢν, δεύτερος δὲ ὁ ἐν μιμῆσει τοῦ ἀρίστου, τῶν ἐκ φύσεως εἴ τις ἐνδεής εἴη. τὸ δὲ ἀρίστον δυσεύρετόν τε καὶ δυσεπίκριτον, ὥστε οἰκειότερος ἐκάστῳ χαρακτήρ ὁ ἴδιος, ἐπέπερ καὶ βεβαίω-
τερος.

κ'. Διμετιανῶ.

Εἰ σοι δύναμις ἐστίν, ὥσπερ ἐστίν, καὶ φρόνησιν ἂν εἴη σοι κτητέον. καὶ γὰρ εἰ φρόνησις ἦν, δύναμις δὲ ἀπῆν, ὁμοίως ἔδει σοι ἐκ δυνάμεως· δεῖται γὰρ αἰεὶ τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου, ὥσπερ ὄψις φωτὸς καὶ φῶς ὄψεως.

κα'. Τῶ αὐτῶ.

Βαρβάρων ἀφεκτέον καὶ οὐκ ἀρχτέον αὐτῶν· οὐ γὰρ θέμις αὐτοὺς βαρβάρους ὄντας εὖ πάσχειν.

κβ'. Λεσβῶνακτι.

Δεῖ πένεσθαι μὲν ὡς ἄνδρα, πλουτεῖν δὲ ὡς ἄνθρωπον.

κγ'. Κρίτωνι.

Τὸ θεϊότατον Πυθαγόρας ἰατρικὴν ἐφασκεν. εἰ δὲ ἰατρικὴ τὸ θεϊότατον, καὶ ψυχῆς ἐπιμελητέον μετὰ σώματος, ἢ τὸ ζῶον οὐκ ἂν ὑγιαίνοι τῶ κρείττονι νοσοῦν.

κδ'. Ἑλλανοδίκαις καὶ Ἡλείοις.

Ἄξιόυτέ με τῶ ἀγῶνι τῶν Ὀλυμπίων παραγενέσθαι καὶ διὰ τοῦτο ἐπέμψατε πρέσβεις· ἐγὼ δὲ παρεγενομένην ἂν ἐπὶ σωματῶν θέαν καὶ ἄμιλλαν, εἰ μὴ τὸν μείζονα τῆς ἀρετῆς ἀγῶνα καταλείψειν ἔμελλον.

κε'. Πελοποννησίοις.

Ὀλύμπια τὸ δεύτερον, καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐγένεσθε πολέμιοι, τὸ δεύτερον δὲ οὐ φίλοι.

κστ'. Τοῖς ἐν Ὀλυμπία θεηκόλοις.

Θεοὶ θυσιῶν οὐ δέονται. τί οὖν ἂν τις πράττων χαρίζοιτο αὐτοῖς; φρόνησιν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, κτώμενος, ἀνθρώπων τε τοὺς ἀξίους εἰς δύναμιν εὖ ποιῶν. ταῦτα φίλα θεοῖς, ἐκείνα δὲ ἀθέων.

κζ'. Τοῖς ἐν Δελφοῖς ἱερεῦσιν.

Ἄξιματι βωμοὺς μαιίνουσιν ἱερεῖς, εἴτα θαυμάζουσί τινες, πόθεν αἱ πόλεις ἀτυχοῦσιν, ὅταν μεγάλα δυστυχίωσιν. ὦ τῆς ἀμαθίας. Ἡράκλειτος ἦν σοφός,

ria. Quibus generalibus formis in ordinem sic redactis rursus sit prima, quæ secundum cuiusque facultatem aut naturam convenit, secunda autem quæ, si cui natura negaverit, in imitatione constat optimi. Optimum vero inventu iudicatuque est difficile, ut convenientior cuique sit propria figura, quoniam et firmior.

XX. Domitiano.

Si tibi potestas est, ut est revera, prudentia quoque tibi acquirenda. Namque si prudentia tibi esset, potentia autem abesset, pariter potentia indigeres: semper enim alterum indiget altero, ut visus lumine lumenque visu.

XXI. Eidem.

Abstinendum a barbaris, neque imperandum eis: nefas enim, barbari quum sint, beneficiis eos affici.

XXII. Lesbonacti.

Pauperem esse decet ut virum, divitem vero ut hominem.

XXIII. Critoni.

Divinissimum Pythagoras dicebat medicinam. Quod si medicina divinissimum, una cum corpore anima etiam curanda est, aut potiore sui parte laborans animal non valeret.

XXIV. Hellanodicis et Eleis.

Olympiorum certamini me cupitis interesse et ob eam causam misistis legatos: ego vero venirem ad corporum spectaculum et certamen, si non maius virtutis certamen relinquendum mihi esset.

XXV. Peloponnesiis.


Olympia iterum, ac primum quidem fuistis inimici, deinceps vero non amici.

XXVI. Olympicis sacerdotibus.

Dii sacrificiis non indigent. Quid igitur quis gratum eis fecerit? si prudentiam, ut mihi videtur, sibi comparet, deque hominibus dignis pro viribus bene mereatur. Hæc diis grata, illa in-piorum.

XXVII. Delphicis sacerdotibus.

Sanguine aras sacerdotes pollunt, deinde mirantur quidam, quomodo fiat ut male civitates sese habeant, ubi magno in discrimine versantur. O imprudentiam! He-



ἀλλ' οὐδὲ ἐκεῖνος Ἐφεσίους ἐπεισε μὴ πηλῶ πηλὸν καθαίρεσθαι.

κγ'. Βασιλεῖ Σκυθῶν.

Ζάμολξις ἀνὴρ ἀγαθὸς ἦν καὶ φιλόσοφος, εἴ γε μαθητὴς Πυθαγόρου ἐγένετο. καὶ εἰ κατ' ἐκείνον τὸν χρόνον τοιοῦτος ἦν ὁ Ῥωμαῖος, ἐκὼν ἂν ἐγένετο φίλος. εἰ δὲ ὑπὲρ ἐλευθερίας οἶει δεῖν ἀγῶνα καὶ πόνον ἔχειν, ἄκουε φιλόσοφος, τουτέστιν ἐλεύθερος.

κδ'. Νομοθέτη.

Αἱ ἐορταὶ νόσων αἰτίαι· τοὺς μὲν γὰρ πόνους ἀνιᾶσι, τὸ ἐμπίπασθαι δὲ αὐξοῦσιν.

λ'. Ταμίαις Ῥωμαίων.

Ἄρχῃν ἄρχετε πρώτην. εἰ μὲν οὖν ἄρχειν ἐπίστασθε, διὰ τί τὸ παρ' ὑμᾶς χειρὸν ἑαυτῶν αἱ πόλεις ἔχουσιν; εἰ δὲ οὐκ ἐπίστασθε, μαθεῖν ἔδει πρῶτον, εἶτα ἄρχειν.

λα'. Διοικηταῖς Ἰστίας.

Τί ὄφελος ἀγρίων δένδρων φυομένων ἐπὶ βλάβῃ τῶν κλάδους κόπτειν, εἴαν δὲ τὰς ρίζας;

לב'. Ἐφεσίων γραμματεῦσιν.

Λίθων ἐν πόλει καὶ γραφῶν ποικίλων καὶ περιπάτων καὶ θεάτρων οὐδὲν ὄφελος, εἰ μὴ νοῦς ἐνεῖη καὶ νόμος. νοῦς δὲ καὶ νόμος περὶ τούτων ἐστίν, οὐ ταῦτα.

λγ'. Μιλησίοις.

Οἱ παῖδες ὑμῶν πατέρων δέονται, οἱ νέοι γερόντων, αἱ γυναῖκες ἀνδρῶν, οἱ ἄνδρες ἀρχόντων, οἱ ἄρχοντες νόμων, οἱ νόμοι φιλοσόφων, οἱ φιλόσοφοι θεῶν, οἱ θεοὶ πίστεως. προγόνων ἀγαθῶν ἔστε, τὰ παρόντα μισεῖτε.

λδ'. Τῆς ἐν Μουσεῖῳ σοφίας.

Ἐγενόμην ἐν Ἄργει καὶ Φωκίδι καὶ Λοκρίδι καὶ ἐν Σικυῶνι καὶ ἐν Μεγάρῳ καὶ διαλεγόμενος τοῖς ἐμπροσθεν χρόνοις ἐπαυσάμην ἐκεῖ. τί οὖν, εἴ τις ἔροιτο τὸ αἴτιον, ἐγὼ φράσαμ' ἂν ὑμῖν τε καὶ Μούσαις· ἔβαρβαρώθη ἡ οὐχὸν χρόνιος ὢν ἀφ' Ἑλλάδος, ἀλλὰ χρόνιος ὢν ἐν Ἑλλάδι.

λε'. Ἐστιάῳ.

Ἄρετή καὶ χρήματα παρ' ἡμῖν ἀλλήλοις ἐναντιώτατα· μειούμενον γὰρ τὸ ἕτερον αὐξεῖ τὸ ἕτερον, αὐξάνομενον δὲ μειοῖ. πῶς οὖν δυνατὸν ἀμφοτέρω περὶ

raclitus erat sapiens, sed ne ille quidem Ephesiis persuasit, ne lutum luto expurgarent.

XXVIII. Regi Scytharum.

Zamolxis vir bonus erat et philosophus, siquidem Pythagoræ fuit discipulus. Et si illo tempore talis Romanus fuisset, sua sponte amicitiam iunxisset. Quod si pro libertate certamen censes atque labores subeundos, philosophus audī, hoc est liber.

XXIX. Legislatori.

Festa morborum causæ sunt : labores enim remittunt et voracitatem augent.

XXX. Quæstoribus Romanis.

Magistratum geritis primarium. Si imperare igitur nostis, quid est cur civitates, quantum per vos licet, deteriorius sese habeant? sin vero nescitis, discere primum oportebat, deinde imperare.

ε atque

XXXI. Procuratoriæ Ἰστίας.

Quid iuvat agrestium arborum, quæ cum detrimento hominum provenere, ramos quidem amputare, radices vero relinquere?

XXXII. Ephesiorum scrib'is.

Lapidum in urbe et picturarum variarum et ambulatorum theatrorumque nullus est usus, nisi mens insit atque lex. Mens autem atque lex non ista sunt, sed ipsis adhibenda.

XXXIII. Milesiis.


Liberi vestri patribus indigent, iuvenes senibus, mulieres viris, viri magistratibus, magistratus legibus, leges philosophis, philosophi diis, dii fide. Bonis ex maioribus orti estis, præsentia odio habetote.

XXXIV. Sapientibus qui in Museo sunt.

Argos adivi et Phocidem et Locridem, Sicyonem item atque Megara, ibique a disserendi consuetudine, quam antea habueram, iam destiti. Quod si quis causam ex me requirat, dicam vobis atque Musis : barbarus evasi, non quod diu a Græcia abfuerim, sed quod in Græcia diu fuerim.

XXXV. Hestiaro.

Virtus et pecunia apud nos sunt maxime inter se adversaria : deminuta enim altera auget alteram, aucta vero deminuit. Qui igitur fieri possit, ut idem utrumque pos-



τὸν αὐτὸν γενέσθαι, πλὴν εἰ μὴ τῶ τῶν ἀνοήτων λόγῳ, παρ' οἷς καὶ ὁ πλοῦτος ἀρετὴ; μὴ δὲ τοσοῦτον ἡμῶν ἀναισθητεῖν ἐπίτρεπε τοῖς αὐτοῖσι, μηδὲ ἕα πλουσίους ἡμᾶς ὑπολαμβάνειν μᾶλλον ἢ φιλοσόφους. καὶ γὰρ αἰσχιστον ἀποδημεῖν ἡμᾶς διὰ χρήματα δοκεῖν, ἐνίων, ἵνα μνήμην ἑαυτῶν καταλείπωσι, μηδὲ ἀρετὴν ἀσπασαμένων.

λς'. Κορινθίῳ Βάσσῳ.

Ἦν Πραξιτέλης Χαλκιδεὺς μαινόμενος ἄνθρωπος. οὗτος ἤλθε ποτε ξιφῆρης ἐπὶ θύρας τὰς ἐμὰς ὑπὸ σοῦ σταλεῖς τοῦ φιλοσόφου καὶ ἀγωνοθέτου τῶν Ἰσθμίων. τοῦ φόνου δ' ἦν μισθὸς δεδομένος ἢ τῆς γυναικός σου κοινωνία· καὶ, μιὰρὲ Βάσσε, πολλακίς εὐεργέτης ἐγένονήν σου.

λζ'. Τῷ αὐτῷ.

Εἰ πυνθάνοιτο Κορινθίων τις, πῶς ὁ Βάσσου πατὴρ ἀπέθανεν, ἐροῦσιν ἅπαντες οἱ ἀστικοὶ καὶ οἱ μέτοικοι « φαρμάκῳ. » ἢ δόντος; ἐροῦσι καὶ οἱ ἄλλοι « τοῦ φιλοσόφου. » ἢ ἑμιαρὸς τῷ πτώματι τοῦ πατρὸς ἐπόμενος ἔκλαιεν.

λη'. Τοῖς ἐν Σάρδεσιν.

Ἀρετῆς μὲν ὑμῖν πρωτεῖον οὐκ ἔστι, ποίας γὰρ ἀρετῆς; εἰ δὲ κακίας φέρεσθε τὰ πρῶτα, πάντες ὑφ' ἐν φέρεσθε. τίνες τοῦτο φήσουσι περὶ τῶν ἐν Σάρδεσιν; οἱ ἐν Σάρδεσιν. οὐδεὶς γὰρ οὐδενὶ τῶν αὐτῶν φίλος, ὥστ' ἀρνεῖσθαι τι τῶν ἀτόπων δι' εὐνοίαν.

λθ'. Τοῖς αὐτοῖς.

Αἰσχρὰ καὶ τὰ ὀνόματα τῶν ταγματῶν ὑμῶν, Κόδδαροι καὶ Ξυρισίταιροι. ταῦτα τοῖς τέκνοις τίθεσθε τὰ πρῶτα, καὶ εὐτυχεῖτε γίνεσθαι τούτων ἄξιοι.

μ'. Τοῖς αὐτοῖς.

Κόδδαροι καὶ Ξυρισίταιροι. τὰς δὲ θυγατέρας ὑμῶν καὶ τὰς γυναῖκας πῶς ἂν προσαγορεύοιτε; τῶν γὰρ αὐτῶν ταγματῶν εἰσὶ καὶ αὗται καὶ θρασύτεραι.

μα'. Τοῖς αὐτοῖς.

Οὐδὲ τοὺς οἰκέτας ὑμῖν εὐνοεῖν εἰκός, πρῶτον μὲν ὅτι οἰκέται, εἰθ' ὅτι τῶν ἐναντίων ταγματῶν οἱ πλεῖστοι. κακείνοι γὰρ ὁμοίως ὑμῖν ἀπὸ γένους.

μβ'. Πλατωνικοῖς.

Ἐάν τις Ἀπολλωνίῳ χρήματα διδῶ, καὶ ὁ διδούς ἄξιος νομίζεται, λήψεται δεόμενος, φιλοσοφίας δὲ μισθὸν οὐ λήψεται, κἂν δέηται.

sideat, nisi forte stultorum opinione, qui etiam divitias in virtute ponunt? Quare permittere noli, ut qui illic sunt tam male de nobis existiment, neque concede, ut nos divites potius quam philosophos esse iudicent. Turpissimum est enim, pecuniæ causa nos videri peregre abesse, quum quidam, ut sui memoriam relinquunt, ne virtutem quidem amplectantur.

XXXVI. Corinthio Basso.

Erat Praxiteles Chalcidensis furiosus homo. Is venit aliquando gladio cinctus ad januam meam a te missus philosopho atque Isthmiorum certaminis præfecto. Cædis autem merces composita erat uxoris tuæ consuetudo. Ego vero, scelerate Basse, sæpenumero beneficia in te contuli.

XXXVII. Eidem.

Si quis Corinthiorum quærat, quomodo Bassi pater interierit, « veneno » cives omnes et inquilini respondebunt. Sin quis dederit quærant, « philosophus » vicini dicent. Et tamen sceleratus ille paternum funus prosequutus lacrimas fundebat.

XXXVIII. Sardianis.

Virtutis præmia vobis non sunt, qualis enim virtutis? sin vero malignitatis præmia reportanda, in unum cogimini omnes. Quinam hoc dicent de Sardianis? ipsi qui sunt Sardibus. Nemo enim tam est amicus ibi cuiquam, ut eorum quæ nefaria sunt ob benevolentiam quicquam neget.

XXXIX. Eidem.

Turpia et nomina vestrorum ordinum, Coddari, Xyrisitauri. Hæc liberis vestris primum imponitis, vobisque contingit dignos istis esse.

XL. Eidem.

Coddari et Xyrisitauri. Filias autem vestras et uxores quo tandem nomine appelletis? eorundem enim ordinum et istæ sunt et adhuc audaciores.

XLI. Eidem.

Ne servos quidem vobis bene velle consentaneum est, primum quia servi, deinde quod contrariorum ordinum plerique. Nam et illi pariter atque vos generati sunt.

XLII. Platonis.

Si quis Apollonio pecunias dederit, quique dat dignus iudicatus fuerit, accipiet ubi indigeat, philosophiæ vero mercedem etiamsi indigeat non accipiet.



μγ'. Τοῖς οἰησισόφοις.

Εἰ λέγει τις εἶναι γνώριμος ἐμός, λεγέτω καὶ μένειν ἔνδον, ἀπέχεσθαι λουτροῦ παντός, ζῆα μὴ κτείνειν, μηδὲ ἐδεῖν σάρκας, ἀπαθὴς εἶναι φθόνου, κακοθηεῖας, μίσου, διαβολῆς, ἐχθρας, τοῦ τῶν ἐλευθέρων ὀνομάζεσθαι γένους, ἢ φυλακτέος πλάσματα φέρων τρόπου τε καὶ ἤθους καὶ λόγων ψευδῶν ἀλλοτρίου βίου πιστίν. ἔρρωσθε.

μδ'. Ἐστιαίῳ τῷ ἀδελφῷ.

Τί θαυμαστόν, εἰ με τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἰσόθεον ἔχουμένων, τινῶν δὲ καὶ θεόν, μόνῃ μέχρι νῦν ἢ πατρὶς ἀγνοεῖ, δι' ἣν ἐξαιρέτως ἐσπούδασα λαμπρὸς εἶναι; τοῦτι γὰρ οὐδ' ὑμῖν τοῖς ἀδελφοῖς, ὡς ὄρω, γέγονε φανερόν, ὡς εἶναι ἀμείνων πολλῶν λόγους τε καὶ ἤθος. ἐπεὶ πῶς ἂν μου κατεγινώσκετε χαλεπὴν κατάγνωσιν ὑπομνήσεως τὴν ἀρχὴν δεομένων, περὶ ὧν μόνων οὐδὲ τῶν ἀμαθεστάτων ἂν τις περιμείνειε διδαχθῆναι, λέγω δὲ πατρίδος τε καὶ ἀδελφῶν; (2) καίτοι οὐ λέληθεν ἡμᾶς, ὡς καλῶς ἔχον ἐστὶ πᾶσάν τε γῆν πατρίδα νομίζειν καὶ πάντας ἀνθρώπους ἀδελφοὺς καὶ φίλους, ὡς ἂν γένος μὲν ὄντας θεοῦ, μιᾶς δὲ φύσεως, κοινωνίας δ' οὕσης λόγῳ τε παντὶ καὶ πᾶσι παθῶν τῆς αὐτῆς, ὅπη τε καὶ ὅπως ἂν τις τύχῃ γεγόμενος, εἴτε βάρβαρος, εἴτε καὶ Ἕλληνας, ἄλλως τε καὶ ἄνθρωπος. ἀλλ' ἐστὶ γὰρ πῶς τὸ συγγενὲς ἀκατασφίςτον καὶ πᾶν ἀνακλητικὸν αὐτοῦ τὸ οἰκεῖον. οὕτως δ' Ὀμηρικὸς Ὀδυσσεύς, ὡς φασιν, οὐδὲ ἀθανασίαν ὑπὸ θεᾶς διδομένην Ἰθάκης προὔτιμησεν. (3) ὄρω δ' ἔγωγε τὸν νόμον τόνδε καὶ διὰ τῶν ἀλόγων ζῴων πεφοιτηκότα. οὐ γὰρ ὅπόσον πτηνὸν καλιῶν ἀπόκοιτον ἰδίῳ, πᾶν τε βύθιον παρασύρεται μὲν ὑπὸ τοῦ φέροντος, ἐπάνεισι δὲ μὴ νικηθέν. Θηρία μὲν γὰρ οὔτε λιμὸς οὔτε κόρος ἐπεισεν ἔξω φολεῶν μείναι. ἓνα τούτων ἢ φύσις ἤνεγκεν ἀνθρώπων καὶ ταῦτα σοφὸν λεγόμενον. ἢ καὶ πάντα τὰ λοιπὰ γῆ πᾶσα παρέγγη, μνήματα οὐκ ἔχει δεῖξαι τὰ πατέρων.

με'. Τῷ αὐτῷ.

Εἰ τῶν ὄντων τὸ τιμιώτατον φιλοσοφία, πεπιστευμένα δ' ἡμεῖς φιλοσοφεῖν, οὐκ ἂν ὀρθῶς ὑπολαμβάνοιμεθα μισάδελφοι, καὶ ταῦτα δι' αἰτίαν ἀγεννή τε ἅμα καὶ ἀνελεύθερον. χρημάτων γὰρ δήπου χάριν ἢ ὑποψία, τούτων δὲ καὶ πρὶν ἢ φιλοσοφεῖν ἐπειρώμεθα καταφρονεῖν, ὥστε τοῦ μὴ γράφειν εὐλογώτερον ἂν εἴη πρόρρασιν ἐτέραν ὑπονοεῖν. ἐφυλαττόμην γὰρ ἀληθῆ μὲν γράφων ἀλαζῶν δοκεῖν, ψευδῆ δὲ ταπεινός, ὧν ἑκάτερον ἐπίσης ἀνιαρὸν ἀδελφοῖς τε καὶ φίλῳ παντί. νυνὶ μέντοι καὶ τοῦτο δήλω. συγχωροίη γὰρ ἂν ἴσως τὸ δαιμόνιον, ὅτι συμβαλὼν τοῖς ἐν Ῥόδῳ φίλοις μετ' ὀλίγον ἐκείθεν ἐπάνειμι πρὸς ὑμᾶς λήγοντος ἔαρος.

XLIII. Sapientibus sibi visis.

Si quis meum discipulum se profitetur, dicat etiam se domi continere, ab omni balneo abstinere, animalia non occidere neque comedere carnes, nihil curare invidiam, malevolentiam, odium, calumniam, inimicitiam, ex liberorum genere nominari, aut cavendus est ut qui morum atque ingenii commenta præ se ferat et a doctrina falsa alienæ vitæ fidem. Valete.

XLIV. Hestiaeo fratri.

Quid mirum si, quum ceteri homines diis similem, nonnulli etiam deum me existiment, sola adhuc patria ignorat, propter quam potissimum, ut illustris evaderem, laboravi? hoc enim ne vobis fratribus quidem, ut video, perspectum est, sermonibus atque vita me multis antecellere. Qui sit enim ut tam male de me existimetis, quasi de eis rebus omnino admonendus sim, de quibus solis ne indoctissimi quidem doceri se patientur, patriam dico atque fratres? (2) Verum non latet nos, quam pulchrum sit omnem terram pro patria habere atque omnes homines pro fratribus et amicis, ut qui a deo originem ducant atque una natura eademque ratione et affectuum communione sint omnes præditi, ubicunque quis fuerit aut quo modo natus, sive barbarus sive græcus, dummodo homo sit. Sed enim quod cognatum est eludi nequit et quicquid ipsius proprium est ad se revocat. Sic Homericus Ulixes, ut aiunt, ne immortalitatem quidem a dea oblatam Ithacæ prætulit. (3) Et istam legem in brutis animalibus quoque vim suam video exercere. Nam quicquid volatile est, non extra suos nidos somnum capit, et quicquid in profundo degit, ab eo qui diripit abstrahitur quidem, sed si non superatur in sedes suas redit. Animalia enim nec fames nec saturitas ut extra lustra sua mancant compellit. Unum horum natura protulit hominem eumque sapientem dictum: cui etsi reliqua omnia terra omnis suggerat, monumenta parentum ostendere non potest.

XLV. Eidem.

Si rerum omnium pretiosissima est philosophia, credimurque nos philosophari, non sane recte fratrum osores existimemur, idque ob turpem simul et illiberalem causam. Pecuniarum enim causa nata est suspicio, has vero prius etiam quam ad philosophiam accederemus contemnere cœpimus, ut, quod non scripserim, convenientius fuerit aliam causam suspicari. Cavebam enim ne, si vera scriberem, superbus viderer, sin falsa, humilis, quorum utrumque æque molestum est fratribus et amico omni. Nunc vero et hoc aperio. Fortasse enim concesserit deus, ut, ubi qui Rhodi sunt amicos conerim, non multo post illinc ad vos revertar vere exeunte.



μς'. Γορδίω.

Ἡδίκησθαί φασιν Ἐστιαῖον ὑπὸ σοῦ καὶ ταῦτα φίλου γεγονότος, εἴ γε σύ τινος φίλος. Ἔρα δὲ, Γόρδιε, μὴ πείραν λάθης ἀνδρὸς οὐ δοκοῦντος, ἀλλὰ ὄντος. ἄσπασαι τὸν υἱὸν Ἀριστοκλείδην, ὃν εὐχομαι μὴ παρὰ πλῆσιόν σοι γενέσθαι. καὶ σύ δ' ἦσθα νέος ἄμεμπτος.

μς' Τυανέων τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ.

Προστάττουσιν ὑμῖν ἐπανιέναι πείθομαι. τοῦτο γὰρ δὴ πρὸς ἓνα πόλει πρεπιωδέστερον ἂν εἴη, εἰ ἕνεκα τιμῆς μεταπέμποιτο πολίτην ἑαυτῆς. καὶ ὃν ἀπεδήμησα δὲ γρόνον, ἀπεδήμησα περιποιῶν ὑμῖν, εἰ καὶ ἐπαχθὲς εἶπειν, εὐκλειάν τε καὶ ὄνομα καὶ εὐνοίαν καὶ φιλίαν πόλεων ἐπιφανῶν, ὁμοίως δὲ καὶ ἀνδρῶν. εἰ δὲ καὶ μείζονος ἔτι καὶ κρείττονος ὑμεῖς ὑπολήψεις ἄξιτοι, τό γε ἔμὸν καὶ τὸ παρὰ τῆς ἐμῆς φύσεως ἐπιτοσοῦτον ἐξήρκει μόνον δυνάμεώς τε καὶ σπουδῆς. ἐρρωσθε.

μη'. Διοτίμῳ.

Ἐπλανήθης οἰηθεὶς δεῖσθαί μέ τινος ἢ παρ' αὐτοῦ σοῦ, πρὸς ὃν οὐδὲν ἦν μοι ποτε κοινόν τι γεγονός, ἢ παρ' ἄλλου τινὸς ὁμοίου τε καὶ ὁμοίως. ἦν δὲ οὐδὲ τὸ ἀναλωθὲν εἰς τι τῶν σοι σωτηρίων πολὺ τι. χαρῆ δὴ μοι παθῶν εὖ δίχ' ἀναλώματος. τηρήσω γὰρ μου τὸ ἔθος μόνως οὕτως. ὅτι δὲ τοῦτον ἔχω τὸν τρόπον καὶ ταύτην τὴν διάθεσιν πρὸς ἅπαντάς μου τοὺς πολίτας, εἰ γὰρ λέγειν ὡς καὶ πρὸς πάντας ἀνθρώπους, ἔξεστι μαθεῖν παρὰ τῶν ἄλλων πολιτῶν εὖ παθόντων μὲν, δσακίς ἐδεθήθησαν τινος, ἀμοιβῆν δὲ αἰτηθέντων μηδεμίαν. (2) μὴ δὲ δυσχεράνης, εἰ δεόντως ἐπιτιμηθεὶς ὁ ἐμὸς ὑπὲρ τοῦ προσέσθαι τι τὴν ἀρχὴν ἀπέδωκεν εὐθὺς ὁ ἔλαθε Λυσία τῷ φίλῳ σου, φίλῳ δὲ καὶ ἐμοῦ, ἐπεὶ μηδένα ἠπίστατο τῶν καταλειμμένων σου παίδων. εἰ δὲ δύο λόγοι περὶ ἐμοῦ λέγονται, λεχθήσονται δὲ καὶ ἐσύστερον, τί θαυμαστόν; ἀνάγκη γὰρ περὶ πάντας ἄκρου δοκοῦντος καθ' ὅτι οὖν ἐναντίους λέγεσθαι λόγους. οὕτως περὶ Πυθαγόρου, περὶ Ὀρφείως, περὶ Πλάτωνος, περὶ Σωκράτους οὐκ ἐλέχθη μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐγράφη τὰ ἐναντία, ὅπου γε μὴ τὰ ὁμοια καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ θεοῦ. (3) ἀλλ' οἱ μὲν ἀγαθοὶ δέχονται τὸν ἀληθῆ λόγον, ὡς ἂν ἔχοντές τι συγγενές, οἱ δὲ φαῦλοι τὸν ἐναντίον, καὶ ἔστι τοῦ τοιοῦτου γένους καταγελαῖν, λέγω δὲ τοῦ γέροντος. τοσοῦτο μόνον δίκαιον ὑπομῆσαι περὶ ἑαυτοῦ τὸ νῦν, ὅτι περὶ ἐμοῦ καὶ θεοὶς εἴρηται ὡς περὶ θεοῦ ἀνδρὸς οὐ μόνον ἰδίᾳ τισὶ πολλὰκις, ἀλλὰ καὶ δημοσίᾳ. ἐπαχθὲς λέγειν τι περὶ αὐτοῦ πλεῖον ἢ μείζον. ὑγιαίνειν εὐχομαι.

XLVI. Gordio.

Hestiacum iniuria affectum a te aiunt, idque amico eius, si quidem cuiusquam tu amicus. Vide igitur, Gordi, ne periculum facias viri, qui non videtur, sed revera est. Saluta filium Aristoclidem, quem opto non similem tibi evasurum. Tu quoque iuvenis non reprehendus eras.

XLVII. Tyanensium senatui et populo.

Iubentibus vobis me redire pareo : sic enim maius ex uno habebit civitas ornamentum si honoris causa arcessat civem suum. Atque ego quo tempore peregre abfui, quamvis invidiosum sit dicere, gloriam vobis et nomen et benevolentiam amicitiamque tam civitatum illustrium quam virorum comparavi. Sin autem maiore adhuc ac meliore digni estis fama, quod quidem in me est atque in natura mea positum, non poterat ultra hunc facultatis ac studii modum progredi. Valete.

XLVIII. Diotimo.

Falsus es, quod credidisti aliqua mihi opus esse re aut a te ipso, quocum nihil quicquam commune unquam habui, aut ab alio quodam simili ac similiter. Nec multum adeo fuit in tuum commodum impensum. Gratum itaque mihi feceris, si beneficium in te collatum acceperis nullo tuo sumptu : hoc enim solo modo consuetudinem meam tuebor. Hunc autem me habere morem et sic esse erga omnes meos cives animatum, ne dicam et erga omnes homines, cognoscere licet ab reliquis civibus, qui quoties aliqua re indigerent, beneficio a me affecti sunt, beneficia vero ut beneficiis referrent nunquam sunt admoniti. (2) Noli igitur indignari, quod iure reprehensus familiaris meus eo, quod admiserit omnino, reddidit statim quod acceperat Lysiae, amico tuo et mihi quoque amico, quum nullum nosset servorum a te relictorum. Quod si diversi de me sermones feruntur, ferenturque sane et in posterum, quid mirum? necesse est enim de omni, quod quocumque modo excellens esse videatur, diversi ferantur sermones. Sic de Pythagora, de Orpheo, de Platone, de Socrate contraria non modo dicebantur, verum etiam scribebantur, quando quidem similia nec de ipso deo. (3) At boni accipiunt verum sermonem, quasi cum eo cognatum quid habentes, improbi vero contrarium, ac tale genus, peius dico, licet deridere. Tantum solum nunc de me ipso admonuisse aequum est, de me et apud deos sermonem esse tanquam de divino homine, non solum privatim apud nonnullos saepenumero, sed etiam publice, molestum est plus aut maius quid de se ipso dicere. Opto ut valeas.



μβ'. Φερουκιανῶ.

Πάνυ τοῖς πεμφθεῖσιν ὑπὸ σοῦ γράμμασιν ἤσθην· πολλὴν γὰρ οἰκειότητα καὶ γένους ἀνάμνησιν εἶχε, καὶ πέπεισμαι δι' ἐπιθυμίας εἶναι σοι θεάσασθαι με καὶ ὑπ' ἐμοῦ θεαθῆναι. αὐτὸς οὖν ἀφίξομαι πρὸς ὑμᾶς ὅτι τάχιστα. ὅθεν ἔχου τῶν αὐτόθι. συμμίξεις δέ μοι πλησίον γενομένῳ πρὸ τῶν ἄλλων οἰκειῶν τε καὶ φίλων, ἐπεὶ καὶ προσήκει σοι τοῦτο.

v. 'Εὐφράτη.

Ἐν γένει δαιμόνων καὶ ὁ σοφώτατος Πυθαγόρας ἦν. σὺ δ' ἔτι μοι δοκεῖς πορρωτάτω φιλοσοφίας εἶναι καὶ ἀληθινῆς ἐπιστήμης, ἢ οὐκ ἂν οὔτε κἀκείνων κακῶς ἐλεγες, οὔτε τινὰς τῶν ζηλούντων αὐτὸν διετέλεις μισῶν. ἄλλο τί σοι νῦν πρακτέον ἂν εἴη· φιλοσοφίας γὰρ ἡμεροτες, οὐδ' ἔτυχες μᾶλλον ἢ Μενελάου Πάνδαρος ἐν τῇ τῶν ὀρκίων συγχύσει.

να'. Τῷ αὐτῷ.

Ἐπιτιμῶσί σοι τινες ὡς εἰληφότι χρήματα παρὰ τοῦ βασιλέως, ὅπερ οὐκ ἄτοπον, εἰ μὴ φαίνοιο φιλοσοφίας εἰληφῆναι μισθὸν καὶ τοσαυτάκις καὶ ἐπὶ τοσοῦτον καὶ παρὰ τοσοῦτων καὶ περὶ σοῦ πεπιστευκώτων εἶναι σε φιλόσοφον.

νε'. Τῷ αὐτῷ.

Ἐάν τις ἀνδρὶ Πυθαγορείῳ συγγένηται, τίνα παρ' αὐτοῦ λήψεται καὶ ὅποσα, φαίην ἂν ἐγώ γε· νομοθετικὴν, γεωμετρικὴν, ἀστρονομικὴν, ἀριθμητικὴν, ἀρμονικὴν, μουσικὴν, ἰατρικὴν, πᾶσαν θείαν μαντικὴν, τὰ δὲ καλλίω μεγαλοφροσύνην, μεγαλοψυχίαν, μεγαλοπρέπειαν, εὐστάθειαν, εὐφημίαν, γνῶσιν θεῶν, οὐ δόξαν, εἰδῶσιν δαιμόνων, οὐχὶ πίστιν, φιλίαν ἐκατέρων, αὐτάρχειαν, ἐκτένειαν, λιτότητα, βραχύτητα τῶν ἀναγκαίων, εὐαισθησίαν, εὐκινήσιαν, εὐπνοίαν, εὐχροίαν, ὑγίειαν, εὐψυχίαν, ἀθανασίαν. παρὰ σοῦ δέ, Εὐφράτα, τί λαβόντες ἔχουσιν οἱ ἰδόντες; ἢ δηλονότι τὴν ἀρετήν, ἣν ἔχεις.

νγ'. Κλαύδιος Τυανέων τῇ βουλῇ.

Ἀπολλώνιον τὸν ὑμέτερον πολίτην, Πυθαγόρειον φιλόσοφον, καλῶς ἐπιδημήσαντα τῇ Ἑλλάδι καὶ τοῖς νέουσι ἡμῶν ὠφελήσαντα τιμήσαντες ἀξίαις τιμαῖς, αἷς πρέπει τοῖς ἀγαθοῖς ἀνδράσιν καὶ ἀληθῶς προϊσταμένοις φιλοσοφίας, τὴν εὐνοίαν ἡμῶν ἠθελήσαμεν ὑμῖν δι' ἐπιστολῆς φανερὰν γενέσθαι. ἔρωσθε.

νεδ'. Ἀπολλώνιος δικαιοταῖς Ῥωμαίων.

Λιμένων καὶ οἰκοδομημάτων καὶ περιεδῶν καὶ περιπάτων ἐνίοις ὑμῶν πρόνοια, παίδων δὲ τῶν ἐν

XLIX. Feruciano.

Admodum litteris a te missis delectatus sum : multam enim familiaritatem generisque recordationem continebant, atque persuasum mihi est te, ut me conspicias et a me conspiciaris, cupere. Ipse igitur veniam ad vos quam celerrime. Quare domi velim mancas. Conversaberis autem mecum, ubi ad te accessero, præ reliquis familiaribus et amicis, quoniam et convenit tibi hoc.

L. Euphratæ.

In dæmonum genere sapientissimus Pythagoras quoque erat. Tu vero mihi videris a philosophia veraque scientia adhuc longissime distare, alioqui sane nec illi male diceret, nec quosdam eius sectatorum odio perpetuo persequerere. Aliud nunc tibi faciendum fuerit : nam a philosophia aberrasti, neque magis scopum tetigisti quam Menelaum Pandarus in « fœderis violatione. »

LI. Eidem.

Reprehendunt te quidam, quod pecuniam a rege accepseris. Quod absurdum non esset, nisi viderere philosophiæ mercedem accepisse et toties et tantam et a tam multis, quique te philosophum esse credere.

LII. Eidem.

Si quis cum viro Pythagoreo converseatur, quæ quantæque ab eo sit accepturus, equidem dicam : leges ferendi artem, geometriam, astronomiam, arithmetiam, harmonicam, musicam, medicinam, universam divinam vaticinationem, quæque pulchriora sunt, animi altitudinem, gravitatem, magnificentiam, constantiam, pietatem, decorum scientiam, non opinionem, dæmonum cognitionem, non existimationem, utrorumque amorem, animi tranquillitatem, assiduitatem, frugalitatem, in rebus necessariis modestiam, sentiendi, agendi, spirandi facilitatem, convenientem colorem, sanitatem, fortitudinem, immortalitatem. A te vero, Euphrata, quid consecuti sunt, qui ad te accessere? an quam tu habes virtutem?

LIII. Claudius Tyanensium senatui.

Apollonium vestrum civem, Pythagoreum philosophum, Græciam præsentia sua condecorantem ac iuventutis nostræ commodis consulentem, condignis honoribus afficientes, quibus par est bonos viros vereque philosophiæ præsides, benevolentiam nostram per litteras vobis volumus patefacere. Valete.

LIV. Apollonius iudicibus Romanorum.

Portuum et ædificiorum et circuituum et ambulacrorum plerisque vestrum cura est, puerorum vero, qui sunt in



ταῖς πόλεσιν ἢ νέων ἢ γυναικῶν οὐθ' ὑμῖν οὔτε ταῖς νόμοις φροντίς. ἢ καλὸν ἂν ᾦν τὸ ἀρχεσθαι.

v'. Τῷ ἀδελφῷ Ἀπολλώνιος.

Φύσιν ἔχει τῶν τελειωθέντων ἕκαστον ἀπιέναι καὶ τοῦτο παντὶ γῆρας ἔστι, μεθ' ὃ μηκέτι μένει. μὴ δὴ σε λυπεῖτω τῆς γυναικὸς ἢ ἐν ἀκμῇ τῆς ἡλικίας ἀποβολή, μηδέ, ἐπεὶ θάνατός τι λέγεται, κρείττον αὐτοῦ τὸ ζῆν ὑπολάμβανε χεῖρον ὄν τῷ παντὶ τοῖς νοῦν ἔχουσι. γενοῦ δὴ ἀδελφός τὸ μὲν κοινότατον φιλοσόφου, τὸ δ' ἐξαιρετόν Πυθαγορείου καὶ Ἀπολλωνίου, καὶ σου τὴν οἰκίαν τὴν αὐτὴν ποίησον. (2) εἰ μὲν γὰρ ἐνεκαλοῦμέν τι τῇ προτέρᾳ, καὶ εἰκότως ἐδοκοῦμεν ἀποδειλιᾶν· εἰ δ' ἡμῖν σεμνή τε διετέλεσεν οὔσα καὶ φιλάνδρος καὶ διὰ τοῦτο ἐπιζητήσεως ἀξία, τί καὶ διανοηθέντες οὐκ ἂν ὁμοια καὶ περὶ τῆς μελλούσης προσδοκίημεν; ἢ εἰκὸς ἂν ἐθελῆσαι καὶ ἀμείνονα γενέσθαι, μηδαμῶ τῆς προτέρας ἀμελείᾳ κακωθείσης. δυσωπεῖτω δέ σε καὶ τὰ τῶν ἀδελφῶν οὕτω μέχρι νῦν ἔχοντα· τῷ πρεσβυτάτῳ μὲν γὰρ οὐδὲ γάμος οὐδέπω, τῷ νεωτάτῳ δὲ ἐλπίς μὲν ἔτι παιδοποιίας, ἐν προκοπῇ δέ γε τοῦ χρόνου, καὶ ἡμεῖς μὲν ἐνὶ τρεῖς γεγονάμεν, τρισὶ δ' ἡμῖν οὐδὲ εἷς. (3) ἴσος δὲ καὶ ὁ κίνδυνος τῇ πατρίδι καὶ τῷ βίῳ τῷ μεθ' ἡμᾶς. εἰ γὰρ ἡμεῖς ἀμείνους τοῦ πατρὸς (ἄλλως δέ, καθ' ὃ πατήρ, χείρους), πῶς οὐκ ἂν βελτίους ἐξ ἡμῶν εἰκὸς ἂν ὑπάρξαι; γενέσθωσαν οὖν τινές, οἷς παραθησόμεθα γούν ὀνόματα, ὡς ἡμῶν οἱ πρόγονοι συνύφηναν. ὑπὸ δακρύων οὐχ οἷός τε ἐγενόμεν πλείονα γράψαι, καὶ οὐδὲ εἶχον ἀναγκαιότερα τούτων.

v'. Σαρδιανοῖς.

φαίη τις ἂν καθομηρίζων τῶν ὀπωρινῶν αὐτόθι Νυμφῶν τὸ χωρίον. ἦν μὲν οὖν ταῦτα καὶ ἕτερα δένδρα πλησίον, εὐανθῆ μὲν τοὺς ὀρηκας, πάμπορα δὲ τὸν καρπὸν, ὡς εὐωδέστατον παρέχειν τὸν ἐράσμιον τόπον. καὶ τούτων ἐκδρεψάμενος φύλλον ὑπεμάλαττον τοῖς δακτύλοις, εἶτα τῇ βινὶ προσάγων γλυκυτέρας ἐπὶ πλείστον εἰσέπνεον εὐοσμίας. ἀμπέλοι δὲ παμμήκεις σφόδρα τε ὑψηλαὶ περιελίττονται κυπαρίττους, ὡς ἀνακλᾶν ἡμᾶς ἐπὶ πολλὸν τὸν αὐχένα πρὸς θέαν τῶν κύκλιφ συνχωρουμένων βο-ρύων, ὧν οἱ μὲν ὀργῶσιν, οἱ δὲ περᾶζουσιν, οἱ δὲ ὀμφακες, οἱ δὲ οἰνάνθαι δοκοῦσιν. ἐπὶ τοίνυν τοὺς πεπανθέντας ὁ μὲν ἀνεργῆστο, ὁ δὲ ἀπὸ τῆς γῆς ἀρθεῖς ἰκανῶς ἄκρα μὲν τῇ λαίᾳ σφοδρῶς εἶχετο τοῦ φυτοῦ βεβηκῶς ἐπὶ τῶν κλάδων, τῇ δεξιᾷ δὲ παρετρύγα· ὁ δὲ ἀπὸ τοῦ δένδρου χεῖρα ὄρεγε γεωργῶν ὑπεργεγηρακῶτι. ἡ δὲ πηγὴ χαριεστάτη ὑπὸ τῇ πλατάνῃ ρεῖ ὕδατος εὖ μάλα ψυχροῦ, ὡς γε τῷ ποδὶ τεκμήρασθαι, καὶ διαφανοῦς τοσοῦτον, ὥστε συνεπινηχομένων καὶ διαπλεκομένων ἐπαφροδίτως ἀλλήλοισ ἀπαν ἡμῶν φανερῶς ἀποκαταφαίνεσθαι μέλος. ὅμοις δ' οὖν οἶδα πολλάκις τὴν αἰσθησιν πλανηθεῖς πρὸς ὁμοιότητα μῆλων τε καὶ τῶν ἐκείνης μαστῶν· μῆλου γὰρ ἀμφοῖν μεταξὺ διανηχομένου τῇ χειρὶ κατεδραξάμην, τοῦτο εἶναι νομίσας τὸν κυδωνιῶντα τῆς ποθομένης μαστῶν. καλὴ μὲν οὖν νῆ τὰς κωλιάδας Νύμφας καὶ καθ' ἑαυτὴν ἡ πηγὴ, φαιδρῶτέρα δὲ μάλλον ἐδόκει τοῖς εὐωδέστεροις ἐπιχοσμηθεῖσα τῶν φύλλων καὶ τοῖς μέλεσι τῆς Λειμώνης, ἥτις καίπερ ὑπερφυῶς εὐπρόσωπος οὔσα, ὅμοις, ὅταν ἀπεκδύηται, δι' ὑπερβολὴν τῶν ἔνδον ἀπρόσωπος εἶναι δοκεῖ. καλὴ μὲν οὖν ἡ πηγὴ, εὐκραῶς δὲ καὶ ἡ τοῦ ζιφύρου πνοή, τὸ χαλεπὸν παραμυθουμένη τῆς ὥρας, λεπτὸν ἅμα καὶ ὑψηλὸν ἐνηχοῦσα καὶ τῆς εὐωδίας πολὺ συνεπαγομένη τῶν δένδρων, τοῖς μύροις ἀντέπνει τῆς γλυκυτάτης. καὶ συμμιγῆς ἦν εὐοσμία καὶ μικροῦ γε ὁμοτίμωις τὴν αἰσθησιν εὐφραίνοντων· βραχὺ γάρ, ἡγοῦμαι, τὸ μύρον ἐνίκα, ὅτι γε τῆς Λειμώνης ὑπῆρχε τὸ μύρον. ἔτι δὲ τὸ ἔμπνουν τῆς αὔρας λιγυρὸν ὑπῆρχε τῷ μουσικῷ τῶν τεττίγων χορῷ, δι' ἣν καὶ τὸ πνίγος


quodammodo vim dulcissimam. Et hucusque dixi satis, quodque fas audire cuivis. Quod superest, dicam compendio : neutram ego offendi, tumultuarium stratum nactus ac sufficiens præsentī negotio.

III. Philoplatanus Anthocomæ.

Iucunde una epulabar cum Limona amatorio in horto, qui formæ amatae conveniens erat quam maxime. Nam ibi platanus densa ramis, opaca umbra, aura modica, herba mollis et tempestate æstiva florere docta, in qua considerare iucundius est quam in ditissimis tapetibus, arborisque iuxta crebræ frugiferae,

Punicaque et pirus et fructu gratissima malus,

dicat quis Homericum versum referens pomariis Nymphis sacrum locum. Sed his aliisque iuxta arboribus florentes rami, fructus uberes suavissimo odore permulcent amœnum locum. Decerptum ego folium commalaxavi digitis, tum admovi naribus; id mihi odorem spiravit longe dulcissimum. Iuxta pampini patulae altæque admodum cupressos amplexæ nostra diu tenere in flexu colla, dum circulatim pendulas uvas attendimus, quarum turgent alia, alia primulo nigrore maturescunt, acerbæ quædam, alia florentes adhuc videntur. Ergo ad maturiores alius reptans ascendebat, alius sublimis e terra summa læva quantum poterat adprehensa arbore ascendebat in ramos, acinos decerpebat dextera; alius ex arbore manum tendebat cano colono. Sub platano fons amœnissimus fluit aquæ tam frigidæ, ut pede rigorem sentias, tam limpida, ut nantibus nobis et amanter amplexis membra clare apparerent omnia. Sensi tamen sæpius deceptos sensus similitudine malorum cum eius uberibus; natans enim inter nos malum adprehendi manu, sororiantem amatae papillam tenere me ratus. Et lepidus quidem per se fons (testor coliadas Nymphas), lepidior tamen visus suavissimis foliorum ornatus et membris Limonæ, quæ formosa licet supra naturam, tamen exuta comparatione internorum honorum deformis apparet. Lepidus fons, inquam; sed et iucunde temperatus Favoni spiritus, tempestatis molestias demulcens, dum dulcem et soporiferum sonum inspirat; et nullam ex arboribus suavitatem odorum secum trahens, respondebat suavissimis bellæ meæ unguinibus. Miscbanturque odores simul, et fere æquabili suavitate mulcebant sensus, nisi quod paullum superabat unguentum mea sententia hoc solo, quod Limonæ unguentum erat. Sed et auræ vocalis sonus argutum resonabat sonoro cicadarum choro,



τῆς μεσημβρίας ἠπιώτερον ἐγεγόνει. ἡδὺ καὶ ἀηδό-
νες περιπετόμεναι τὰ νάματα μελωδοῦσιν. ἀλλὰ καὶ
τῶν ἄλλων ἡδυφώνων κατῆκούμεν ὀρνίθων ὅσπερ ἐμ-
μελῶς ὀμιλούντων ἀνθρώποις. ἔτι κάκεινους πρὸ τῶν
ὀμμάτων ἔχειν δοκῶ. ὁ μὲν ἐπὶ πέτρας ἀναπαύει τὸ
πόδε καθ' ἓνα, ὁ δὲ φύγει τὸ πτερόν, ὁ δὲ ἐκκαθαίρει,
ὁ δὲ ἤρε τι ἐκ τοῦ ὕδατος, ὁ δὲ εἰς τὴν γῆν κατανέου-
κεν ἐπισιτίσασθαι τι ἐκεῖθεν. ἡμεῖς δὲ ὑφειμένη τῇ
φωνῇ διελεγόμεθα περὶ τούτων, ὅπως μὴ ἀποπτῶνται
καὶ διασκεδάσωμεν τῶν ὀρνίθων τὴν θέαν. κάκεινο
δὲ νῆ τὰς Χάριτας ἐπιτερπέστατον ἦν. τοῦ γὰρ ὄχε-
τηγοῦ κατὰ τάχος ἐπὶ πρασιάς τε καὶ δένδρα τῇ σμινύῃ
καθηγουμένου τὸ ρεῦμα, πόρρωθεν ὁ θεράπων φιάλας
καλλίστου πώματος πλήρεις ἐπὶ τὸν ὀλκὸν ἤφιει θάττον
φέρεσθαι κατὰ ῥοῦν, οὐ χύδην ἀλλὰ κατὰ μίαν, ἐκ δια-
στήματος βραχέος διακεκριμένας ἀλλήλων· ἕκαστον
δὲ τῶν ἐκπωμάτων δίκην ὀλκᾶδων ἐπιχαρίτως διεκ-
πλέοντων πτόρθον Μηδικοῦ φυτοῦ ἐπεφέρετο εὐφυλ-
λον, καὶ ἦν ταῦτα ταῖς εὐπλοοῦσαις ἡμῶν φιάλαις ἰστία.
τοιγαροῦν αὐτοφῶς ἡρεμαίᾳ καὶ ἀταράχῃ πνοῇ κυ-
θερνύμεναι, καθάπερ νῆες ταχυναυτήσασαι κατὰ
πρύμναν ἰσταμένου τοῦ πνεύματος, σὺν τοῖς ἡδίστοις
φόρτοις εἰς τοὺς συμπότας εὐδίων προσωρμίζοντο· ἡμεῖς
δὲ ὑπουργικῶς ἀνασπῶντες ἕκαστην παραλέουσιν κύ-
λικα συνεπίνομεν ἴσον ἴσῳ κεκραμένην· ὁ γὰρ ἔμμε-
τρος οἰνογός ἐξεπίτηδες τοσοῦτω θερμότερον τοῦ δέον-
τος τὸν οἶνον συνέμισγεν ὕδατι διαπύρῳ, ὅσον ἔμμελλεν
ὁ ψυχρότατος ὀλκὸς ἐπιπολάζον αὐτῷ τὸ κραθὲν ἐπι-
ψύχειν, ὅπως ἂν, μόνης γε τῆς ἀμέτρου θερμῆς τῶ
ψυχρῷ μειουμένης, τὸ σύμμετρον καταλείποιτο. καὶ
οὕτω δὲ γέγονεν ἡμῖν ἀμφὶ Διόνυσόν τε καὶ Ἀφροδίτην
ἢ πᾶσα διατριβή, οὗς ἐπὶ τῇ κύλικι συνάγοντες ἐθελ-
γόμεθα. ἡ δὲ Λειμώνη τοῖς ἀνθεσιν οἶον λειμῶνα
τὴν κεφαλὴν ἐποιεῖτο. καλὸς δὲ ὁ στέφανος καὶ δεινὸς
ἐπιπρέψαι ταῖς ἐν ὄρα καὶ φαιδρότερον ταῖς ῥόδοις
ἀποτελέσαι τὸ ἔρευθος, ὅταν ἦ τούτων καιρός. ἀπιθι-
τοῖνον, ὃ φιλότης, ἐκεῖσε (ἔστι δὲ τοῦ καλοῦ Φυλ-
λίωνος τὸ χωρίον), καὶ τοιούτων χαρίτων, Ἀνθοκόμη,
συναπόλαυε τῇ ποθουμένη Μυρτάλῃ.


δ'. Φιλόχορος Πολυαίνω.

Ἴππίας ὁ καλὸς ὁ Ἀλωπεκῆθεν ἀρτίως ἔφη πρὸς
ἐμὲ γοργῶς ἀποβλέψας « ὄρῃς ἐκείνην, ὦ φίλε, τὴν ἐπι-
θάλλουσαν τὴν χεῖρα τῇ παιδίσκῃ; ὡς εὐμήκης, ὡς
καλὴ καὶ λίαν εὐσχήμων. νῆ θεοῦς, ἀστεῖον τὸ γύναιον,
ὅσον γοῦν ἀπαξ ἰδόντι κατὰ τάχος εἰκάσαι. δεῦρο, πλη-
σιαίτερον προσμῖξωμεν καὶ πειρασάμεθα τῆς καλῆς. »
« σῶφρονος » εἶπον « δοκεῖ μοι πρόσχημα τὸ ἀλουργές
ἡμιζάριον, καὶ δέδοικα μὴ προπετῶς ἐγχειρῶμεν. σκο-
πῶμεν οὖν ἀκριβέστερον· οἶδα γὰρ οὐχ ἡκιστα εἰς τὸ
κινδυνεύειν ἀρικόμενος. » ἐμειδίασεν ἐπιτιμητικὸν ὁ
Ἴππίας, καὶ τὴν δεξιὰν ἐπιτείνας ὄϊος ἦν ἐπιρραπίζειν
με κατὰ κόρρης, καὶ διεμέμπετο λέγων « ἀφυῆς εἶ,
νῆ τὸν Ἀπόλλωνα, καὶ ὄλωις ἀπαίδευτος Ἀφροδίτης·

quæ et meridici æstum leniebat. Dulce et lusciniæ cir-
cumvolitantes latices cantillabant. Sed et alias suavisonas
avículas usurpavimus auribus, veluti modulatis canticis
colloquentes hominibus. Adhuc mihi ante oculos habere
eas videor; illa pedes alternis in silice requiescit, illa
alam refrigerat, siccata alia, est quæ ex aqua quid trahat,
est quæ cernua terram despectet victum inde quæsitura.
Nos de his summissa voce mussare interea, ne avolent
turbemusque avium spectaculum. Fuit et hoc per Gra-
tias iucundissimum. Aquilex festinus areis atque arbo-
ribus ligone inducebat aquam e longinquo rivulo. Im-
misit in eum canalem famulus potionis eximiae phialas,
quæ secundo fluctu non cumulati, sed singulæ ferrentur
lrevi inter se intervallo distinctæ: ita singula pocula
navicularum ad modum eleganter natantia rectum Medi-
cæ arboris gregabant ramum frondosum, erantque hæc
vela rectum cursum tenentibus phialis, quæ suo ingenio
lenta ac tranquilla aura gubernatæ tanquam naves cito
puppim inflante vento cum dulcissimis oneribus ad con-
vivas appellebant recta; transeuntes enim calices quisque
apprehendens manu exhibebamus, æqualiter omnes mixtos.
Nam de industria prudens pincerna tanto calidius iusto
vinum ferventi lymphæ temperaverat, quantum frigidis-
simi tubuli rigor refrigerare posset poculum ipsi innatans
ut nimio solum calore per aquæ frigus imminuto, ma-
neret mixtum iusto temperamine. Ad hunc nos modum
circa Bacchum et Venerem exercuimus, quos iuvabat ad
calicem simul occinere. Limona interea caput floribus
redimitum in prati speciem reddidit; coronaque ea pul-
chra sane potensque facillime decus addere floribus et
ipsis rosis, quum erunt tempestivæ, splendidiorem ru-
borem conciliare. Accede ergo et tu, mi anime, ad
istum locum (Phyllionis boni prædium est) et tantis
elegantiis fruire et tu, Anthocome una cum amica Myr-
tala.

IV. Philochorus Polyæno.

Nuper elegans ille Hippias Alopecensis torvum me re-
spiciens « Viden' tu » inquit « illam, amice, quæ famulæ
manui inniitur? quam procera, quam elegans, quam
decens admodum. Festiva per deos mulier, quantum
ex primo adspectu statim conicere est. Accedamus huc
propius et formosam adtentemus. » « At mihi » inquam
ego « probæ habitus videtur purpureum hoc amiculum,
vereorque ne quid adgrediamur temere. Videamus ergo
exactius; ego enim amo caute descendere in pericula. »
Risit increpandum Hippias, extensaque dextera, quasi
alagam mihi impacturus, simul iurgabundus. « Tu
vero » inquit « per Apollinem indoctus prorsus es Vene-



σώφρων γὰρ τήνδε τὴν ὕραν καὶ διὰ μέσου τοῦ ἄστεος οὐκ ἂν οὕτως προήει κεκαλλωπισμένη τε καὶ ἰλαρὰ πρὸς τοὺς ἀπαντῶντας. οὐδὲ τῶν μύρων ὅσον ὄζει καὶ πόρρωθεν ἐπαισθάνη; οὐδὲ τοῦ κτύπου τῶν εὐήχων ψελίων ἀκήκοας ἥδιστον ὑποσειομένων, ὅσον ὀποτελεῖν εἰώθασιν αἱ γυναῖκες ἐξεπίτηδες ἀνακουρίζουσαι τὴν δεξιάν καὶ ἀκροχειρίζουσαι τὸν κόλπον, ἐρωτικοῖς τε συμβόλοις τοὺς νέους εἰς ἑαυτὰς προκαλούμεναι; ἀλλὰ καὶ ἐστράφην » ἔφη, « ἡ δὲ καὶ αὐτὴ ἀντεστράφη. ἐκ τῶν ὀνύγων τεκμαίρομαι τὸν λέοντα. ἴστέον οὖν, ὦ Φιλόχορε, ὅτι οὐδὲν ἡμᾶς βλάψει, ἀλλ' ἐλπίδες καλαί. πλὴν αὐτὸ δείξει, ὃ τὸν ποταμὸν καθηγούμενος ἔφη. τὸ δὲ προσδοκώμενον φανερὸν ὡς, εἰ θέλομεν, ῥᾶστα γένοιτ' ἂν. » προσπελάσας οὖν καὶ προσειπὼν αὐτὴν καὶ ἀντιπροσηθεὶς ἤρετο φάσκων « πρὸς τοῦ σοῦ κάλλους, ὦ γύναι, ἐπιτρέπεις ἡμῖν ὀμιλῆσαι περὶ σοῦ βραχέα τῇ Θεραπαίνῃ; οὐδὲν δὲ ὦν ἀγνοεῖς διαλεξόμεθα τῇ παιδίσκη, οὐδὲ ἀνάργυρον αἰτήσομεν ἀφροδίτην· χαριούμεθα δὲ ὅσον ἂν αὐτὴ θέλῃς. θελήσεις δὲ οἷδ' ὅτι τὰ μέτρια. ἐπίνευσον, ὦ καλή, οὐ τοσοῦτον ἐλεῶ τὸ τιτύϊον. » ἡ δὲ τὴν σύννευσιν ἐνδοτικοῖς καὶ θέλουσιν ὀφθαλμοῖς ἐπιχαρίτως ἐδήλου, καὶ οὐ κατειρωνεύσατο τὴν ὑπόσχεσιν, ἔστη δὲ καὶ ἠρῳθρίασε, καὶ ἀπέστειλεν ἐπαγωγὸν τινα καὶ γλυκεῖαν αὐγὴν, οἷα πέφυκεν ἀπαστράπτειν ἐξ ἀπέφθου χρυσοῦ. τότε δὴ φησιν Ἰππίας ἐπιστραφεὶς πρὸς με « οὐκ ἀφῶϊς ἐστοχασάμην, οἶμαι, τοῦ τρόπου τῆς γυναικός, ἀλλὰ καὶ πέπεικα ταχύ, οὐ χρόνον μακρὸν οὐ λόγον πολὺν ἀναλώσας. σὺ δὲ τούτων ἄπειρος εἶ. ἀλλ' ἔπου καὶ μάθανε, καὶ συναπόλαυσον ἐρωτικῶν διδασκάλῳ· τοῦτο γὰρ τὸ μάθημα παρ' ὄντινῶν πειρῶμαι δεινότατος εἶναι. »


ε'. Ἀλκίφρων Λουκιανῷ.

Πανηγύρεως ἐν προαστείῳ πανδημεὶ τελομένης καὶ δημοθονιάς ἀφθόου Χαρίδημος ἐπ' εὐωχίαν συνεκαλεῖτο τοὺς φίλους. ἔνθα καὶ γυνή τις παρῆν (ὀνόματι γὰρ οὐδὲν δέομαι λέγειν), ἣν αὐτὸς ὁ Χαρίδημος οἶσθα δὲ τὸν νέον ὡς ἐρωτικός) ἐν ἀγορᾷ προϊούσαν ἰδὼν ἀγκιστρεύει καὶ πέπεικε παραγενέσθαι τῷ δείπνῳ. πάντων οὖν εἰς ταῦτὸν ἀθροιζομένων τῶν δαιτυμόνων, ὁ χρυσοῦς ἐστιάτωρ εἰσῆει πρεσβύτην τινα συνεπαγόμενος καὶ αὐτὸν δὴ συγκεκλημένον ἡμῖν. ὃν ἐκείνη προσιόντα πόρρωθεν κατιδοῦσα ὀξέως ὑπέδου, καὶ ὄχτην νοήματος εἰς τὸν πλησίον οἶκον ἀπέδρα. καὶ κεῖσε μεταπεμφθεὶς Χαρίδημον « ἀγνοία » ἔφη « μέγιστον κακὸν κατειργάσω. οὗτος δὲ πρεσβύτης ἀνὴρ ἐστὶν ἐμός, καὶ τὴν ἐσθῆτα, ἣν ἐκδυσάμενη κατέλιπον ἐξω, ῥαδίως ἐπέγνω, καὶ ὑποψίας, ὡς εἰκός, γέγονε πλήρης. ὅμως, ἂν ταύτην λάθῃα** καὶ βραχέα τῶν ὄψων ἐπιδῶς, αὐτὸν ἐξαπατήσω καὶ τὸν νῦν αὐτῷ κατ' ἐμοῦ διενοχλοῦντα λογισμὸν ἐτέρωσε παρατρέψω. » τούτων οὖν ἐπιδοθέντων ἀνέξισεν οἶκαδε, καὶ τὸν σύνοικον ἐψθη, οὐκ οἷδ' ὅπως ἐκφυγοῦσα. καὶ προσλαβομένη

ris. Proba quippe hac hora per mediam urbem istoc ornatu non incederet obviisque hilaris. Num nec unguenta longe sensisti, quæ redolet? nec sonum armillarum bene sonantium audisti dulce motarum? qualia solent mulieres de industria levantes manum et summis digitis prendentes sinum atque his amatoriiis indiciis allectantes iuventutem. Sed et respexi » inquit : « respexit et illa; leonem ex unguibus agnosco. Scias ergo, Philochore, nihil nobis noxæ daturam : quin spes omnes bonæ. Ceterum res ipsa docebit, sicut aiebat qui in flumine tentabat vadum. Sed quod quarimus, si velimus, manifestum fiet cito. » Itaque ille accedens et eam adlocutus mutuoque adloquio dignatus rogare cepit : « testor formam tuam, mulier, licetne paucis appellare super te famulam tuam? nos illi nihil eorum quæ nescis dicemus, neque ullam gratis petemus gratiam. Quin dabimus quantum voles ipsa; voles autem, novi, modica. Amue, formosa. » Illa assensionem morigeris oculis ac volentibus gratiose testata non dissimulavit quin promitteret, stetitque et erubuit pellacemque et suavem quendam fulgorem emisit, qualis ex obryzo auro coruscare amat. Tum versus ad me Hippias « non male, opinor » inquit, « conieci ingenium mulieris; quin et persuasi cito non magna temporis nec sermonis-impensa. At tu adhuc horum imperitus; sed sequere ac disce, et cum amorum magistro fruire una : nam in hac amandi arte confido me quemvis superare posse. »

V. Alciphro Luciano.

Festum publicum agebatur in suburbio passimque epulæ, et vocarat Charidemus amicos ad convivium. Aderat et mulier quedam (nomen nihil attinet dicere), quam Charidemus ipse (nosti amatorios iuvenis mores) obviam in foro factam pervenatus, fecerat ut ad cœnam constitueret sibi. Postquam convivæ omnes convenerent, venit et aureus exhibitor, vetulum quendam ducens secum, vocatum et ipsum, ut nobiscum esset. Eum ubi accedentem eminus advertit mulier, confestim elapsa, citius cogitato insinuavit se in proximum cœnaculum, eoque vocato Charidemo « nescis » inquit « quantum mali feceris : vetulus iste vir meus est. vestemque quam ex humeris depositam reliqui foris, agnovit facile; quodque simile vero, suspicione mentem percussus est. Si tamen vestem illam et pauculas e convivio partes clanculum ad me miseris, ludos faciam hominem, animumque eius sequiora de me agitantem alio avertam. » His igitur acceptis nescio qui elapsa ac domum suam regressa præ-



φίλην αὐτῆς ἐκ γειτόνων οἰκοῦσαν προδιέθηκεν ὅπως ἀμφοτέραι βουκολήσουσι τὸν πρεσβύτερον. εἶτα ἦκεν εὐθύς οὗτος καὶ εἰσπεπήδηκεν ἔνδον, κεκραγὼς ἅμα καὶ πνέων θυμοῦ, τῆς τε γαμετῆς ὄδε τὴν ἀκολασίαν ἐβόα « τὴν ἐμὴν εὐνήν οὐποτε χαίρουσα καθυβρίσεις, » καὶ δι' ἴδον ἐόρακεν ἱματίων ἀπήλεγχε τὴν μοιχείαν, καὶ ξίφος ἤδη μεμηνῶς ἐπεζήτει. τότε δὴ λοιπὸν ἡ γείτων εἰς καιρὸν ἀνεφάνη καὶ « δέχου τὴν ἐσθῆτα » φησίν, « ὦ φιλάττη. μεγίστην οἶδά σοι χάριν. πεπλήρωκα τὴν εὐχὴν. ἀλλὰ πρὸς θεῶν μηδὲν ἀλαζονικόν· μετάλαβε δὲ καὶ σὺ τῶν παρατεθέντων ἡμῖν. » τούτων οὕτω λεγομένων ὁ τραχὺς ἐκεῖνος ἀνένηψε γέρον, τὸν τε θυμὸν ἀνεκρούετο, καὶ ὑπὸ τῆς μετανοίας εἰς τοσαύτην πραότητα συνδιέλυσε τὴν ὀργήν, ὡς τοῦναντίον ἀπολογεῖσθαι τῇ γαμετῇ. « ὦ γύναι, συγγνώσκέ μοι » φησίν. « ἐξέστην, ὁμολογῶ· ἀλλὰ τῆς σῆς ἕνεκα σωφροσύνης θεὸς τις εὐμενῆς εἰς κοινήν σωτηρίαν φιλανθρώπως ἀπέσταλκε ταύτην, καὶ ἀμφοτέρους ἀπέσωσεν εἰσδραμούσα. »

ς'. Ἑρμοκράτης Εὐφορίωνι.

Κόρη τις πρὸς τὴν ἑαυτῆς ἔφη τροφὸν « εἰ μοι πρότερον ἐπομόσεις δ' ἂν εἶπω φυλάξειν ἀπόρρητον, αὐτίκα τοῦτό σοι λέξω. » ὁμώμοκεν ἡ τιτθὴ, ἡ δὲ παῖς εὐθύς εἶρηκεν « οὐκέτι σοι παρθένος ἐγώ, ὡς γε πρὸς σε τάληθες εἰρηῆσθαι. » ἀνακέκραγεν ἡ γραῦς, ἅμα τὴν παρειὰν αἰκίζομένη καὶ σχετλιάζουσα τὸ συμβάν. ἡ δὲ κόρη φησὶ « σίγα πρὸς θεῶν, ὦ Σωφρόνη. ἔχε ἡσυχῇ, μὴ τις τῶν ἔνδον ὠτακουστῶν ὑποκλέψῃ τὸν λόγον. οἴμοι, οὐκ ἀρτίως ὁμώμοκας μηδενὶ παντάπασιν ἐξεῖπειν; τί οὖν, ὦ φίλη, σφόδρα καὶ μεγάλως βοᾷς; νῆ τὴν Ἀρτεμιν, ὦ μήτηρ, καίτοι πρὸς τοῦ ἔρωτος φλεγόμενη δεινῶς, ἐσπούδακα σωφρονεῖν καθ' ὅσον ἡδυνάμην. σμικρὰ δὲ οἶα τε ἦν, καὶ δίχα μοι γέγονε τὰ νοήματα. διελογιζομένη δὲ πρὸς ἑμαυτὴν 'πειθαρχήσω τῷ ἔρωτι; ἀμελήσω τοῦ πόθου'; ἀμφοτέρὰ μ' ἐκράτει. εἶτα πολὺ μᾶλλον ἐπὶ θάτερα πρὸς τὸν ἔρωτα κλίνω· ἠδῆξάνετο γὰρ τῇ μελλήσει, καὶ ὡς φυτὸν ἐν τῇ γῆ, οὕτως ἔνδον τῆς ἐμῆς ὑπερεφύετο φυχῆς. οὕτως οὖν ἠτήθη, ὁμολογῶ, τῆς ἀνικῆτου λαμπάδος. » ἔφη τοίνυν ἡ πρεσβύτερις « χαλεπώτατον μὲν τὸ δυστύχημα, τέκνον, καὶ τὴν ἐμὴν ἡσυχυας πολιάν· πλὴν ἐπεὶ τὸ πραχθέν οὐκ ἂν ἄλλως ἔροι, τὰ δεύτερα παραινῶ. πέπαυσο τούτων, μηδὲ περαιτέρω ἐξαμάρτανε, μὴ ποτέ σου τῆς γαστροῦς ὀγκουμένης ἐπὶ προήκοντι τῷ πράγματι καὶ τῷ χρόνῳ ἐναργῶς κατανοήσωσι τὸ τολμηθὲν οἱ τεκόντες. ἀλλ' εἶθε σοι γάμον ταχύ, πρὶν κατάφωρος γένῃ, συνεπινεύσειαν οἱ θεοί. ἤδη δὲ τηλικαύτη γεγένησαι, καὶ αὐτίκα χρημάτων εἰς προῖκα τῷ σῷ δεήσει πατρί. » « τί φῆς, ὦ μήτηρ; τοῦτο δέδοικα μάλιστα πάντων. » « μηδὲν δείσῃς, ὦ παῖ· ἐγώ σε τηλικαῦτα διδάξω πῶς ἂν ἡ πρὸ γάμου γεγονυῖα γυνὴ παρθένης ἔτι δοξείε τῷ νυμφίῳ. »

vertit virum, adsumptaque amica e vicinia constituerunt simul, qui senem ambæ ductarent dolis. Ille statim venit domum irruitque clamans simul et furorem spirans uxorisque incusans probrum. « At meum » inquit « cubile non amplius segura pollues » Simul ex vestibus quas viderat arguebat stupri coniugem, iamque furens quærebat gladium, quum ecce in tempore apparens vicina « tene tibi » inquit, « amica, vestem tuam; gratiam tibi habeo maximam; exsolvi preces, sed eas, per deos, non arrogantes. Verum sume et tu de his quæ adposita nobis. » Hæc ubi dixit, placati animi tetrici senis detumuitque ira, et suspicium simul cum furore mutavit tanta mansuetudine, ut purgaret se ultro coniugi. « Parce » inquit, « mulier, extra me fui, fateor; sed aliquod numen pudicitiaæ tuæ propitium commodum banc benignissime summisit communi bono, quæ nos ambo servavit interventu suo. »

VI. Hermocrates Euphorioni.

Puella quædam ad nutricem « si das fidem » inquit « taciturnam quod dixerò, iam ego id aperiam tibi. » Iuravit nutrix: tum puella statim « verum ut fatear » inquit, « non ego tibi virgo amplius. » Clamare ocuis vetula, simul laniare genas et male factum queri. Sed puella « tace per deos » inquit, « Sophrona mater, ac quiesce, ne quis intus dicta nostra aucupetur arbiter. Hei mihi! non modo iurasti nulli te omnimodis edicturam? quid tu ergo, amica, clamorem concitatum tollis? Dianam testor, mater; quamvis amore ardens efflictim, volui continere quantum in me fuit. Sed parum potui, diversæque in animo mihi erant sententiæ. Dicebam quippe mecum: parebo amori an spernam cupidinem? Utrumque plus poterat: sed tandem inclinavi ad amorem magis. Augebat enim mora, ac velut hærens terræ planta succrescebat intus in anima mea. Ita victa sum, fateor, ab invicta lampade. Ad hæc vetula « grave malum narras » inquit, « filia; dehonastasti canos meos. Verum quoniam factum fieri infectum non potest, quod superest, absterne ab his, moneo, nec pecca denuo; ne forte processu rei simul ac temporis tumescente utero gnarum id totum fiat parentibus. Sed utinam tibi, priusquamprehendere, dii celeres annuant nuptias. Et tu iam matura viro, brevique paratis nummis in dotem tuam opus erit patri. » « Quid ais, mater? nihil est quod metuum magis. » « Noli vereri, filia; tum ego te docebo, qui mulier ante nuptias adhuc sponso te probes virginem. »

ζ. Κυρτίων Δικτύ.

Παρά τὴν ἀκτὴν ἐστηκότι μοι κατὰ πέτρας καὶ τῷ ἀγκίστρῳ προσπεπηγότα κάλλιστον ἰχθὺν ἀνασπῶντι, τοῦ καλάμου κυρτουμένου τῷ βάρει, προσῆλθέ τις εὐπρόσωπος κόρη, κάλλος αὐτοφυές καὶ ὅμοιον αὐτομάτῳ φυτῷ φέρουσα. καὶ πρὸς ἑμαυτὸν ἔφη « ἑτέρα πολλῶν βελτίων τῆς προτέρας ἐμπέπτωκεν ἄγρα. » αὐτὴ δέ « τὴν ἐσθῆτα » φησί, « πρὸς τοῦ σοῦ Ποσειδῶνος, φύλαττε τὴν ἐμήν, ἄγρις ἂν τοῖς κύμασιν ἑμαυτὴν ἀπολούσω. » ἤσθην ἀληθῶς, καὶ σφόδρα χαίρων τὴν αἴτησιν προσηκάμην, οἷα δὴ μέλλων αὐτὴν γυμνωθεῖσαν ὄραν. ὡς οὖν ἐξεδύσατο καὶ τὸν ἔσχατον χιτωνίσκον, ὄλος ἐξέστην ἐκπλαγεὶς πρὸς τὴν λαμπρότητα τῶν μελῶν. ἐξέλαμπε γὰρ ἐκ πολλῆς τε καὶ μελαίνης κόμης λευκὸς μὲν τράχηλος, εὐάνθης δὲ παρεῖα· χρώματα λαμπρὰ μὲν τῇ φύσει, ἀνθηρότερα δὲ τῇ πρὸς τὸ μέλαν φιλονεικία. ἐντεῦθεν εἰσπεπήδηκεν ἔνδον, καὶ παρενήχετο· ἦν γὰρ ἀτάραχον καὶ γαληναῖον τὸ κύμα. καὶ τῷ ἄφρῳ τοῦ περιρρέοντος κύματος ἢ χροιά τοῦ σώματος λευκανθίζουσα πηρισούτο. νῆ τοὺς Ἐρωτας, εἰ μὴ πρότερον ἔτυγον τεθεαμένος αὐτὴν, ᾤθηθην ἂν τινὰ τῶν θρυλουμένων Νηρηίδων ὄραν. ὡς δὲ ἱκανῶς εἶχε τῶν θαλαττίων λουτρῶν, εἶπεσ ἂν τὴν κόρην ἀνίσχουσαν τῶν κυμάτων ἰδὼν « οὗτω τῆς θαλάττης τὴν Ἀφροδίτην εὐπρεπῶς προϊούσαν γράφουσιν οἱ ζωγράφοι. » αὐτίκα γοῦν προσδρακμῶν θοιμάτιον ἀπεδίδουσαν τῇ ποθουμένη, προσπαίζων ἄμα καὶ πειρώμενος τῆς καλῆς. ἢ δὲ (ἦν γὰρ ὡς εἶοικε σεμνή τε καὶ βλοσυρά) ἤρυσθη μετ' ὀργῆς, καὶ γέγονε τὸ πρόσωπον θυμουμένης κάλλιον, τὸ δὲ ὄμμα καίπερ ἀγανακτούσης ἰδύ, ὥσπερ καὶ τὸ τῶν ἀστρῶν πῦρ φῶς μᾶλλον ἐστὶν ἢ πῦρ. τὸν τε θρηνατικὸν κατέαξε κάλαμον, καὶ τοὺς ἰχθῦς προσέριψε τῇ θαλάττῃ. ἐγὼ δὲ ἀμήχανος παρειστήκειν, καὶ οὐς ἐθηρασάμην θρηγῶν καὶ ἦν οὐκ ἔγχευσα μείζονος δακρύων.

η'. Ἐχέπωλος Μελησίτρω.


« Εὖγε τῆς εὐπρεπείας, βαβαὶ τῆς ἐλάσεως. ὡς ἀμφοτεροδέξιος οὗτος πέφυκεν ἵπποτης. καὶ κάλλει διαπρέπει, καὶ ὑπερφέρει τῷ τάχει. ὡς εἶοικε, τοῦτον οὐκ ἐδάμασεν Ἔρωσ, ἀλλ' ἐστὶν αὐτὸς τριπόθητος Ἄδωνις ταῖς ἐταίραις. » ταῦτά μου λέγοντος ὁ χρυσοῦς ἀκήκοεν ἵππεύς, καὶ διαμεμφόμενος ἔφη « οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον οὐδὲ πρὸς ἐμὲ τοῦτον οἰκειῶς εἶρηκας τὸν λόγον. ἄριστα μόνος οἶδεν ἱπάξασθαι πόθος. αὐτὸς ἐμὲ καὶ δι' ἐμοῦ τάχιστα τὸν ἵππον ἐλαύνει, καὶ τὸν θεόντα κεντρίζει δεινῶς, δξύτερον κατεπείγων. ἐπίδος οὖν, ἵπποκόμῃ, τοῖς δρόμοις, ἄμα τε ἄδων καὶ ἄσμασιν ἔρωτικαῖς τὸν ἔρωτα θεραπεύων. » ἤδον τοίνυν τοίνυν πρὸς ἐκεῖνον αὐτοσχέδιον μέλος, ἐξ αὐτοῦ τὴν πρόφασιν εἰληφώς. « ἐγὼ σε, δέσποτα, κατὰ γε

VII. Cyrtion Dictyi.

Dum ad litus in scopulo molior, hærentemque hamo pulcherrimum piscem traho curvato pondere calamo, ecce accedit decora virgo, nativa forma similique arbori suo ingenio natæ. Tum ego mecum « alia incidit » inquam « captura longe potior. » Illa « per tuum » inquit « Neptunum, » serva mihi vestem meam, dum me ablucio fluctibus. » Ego serio lætus hilarisque annui roganti, visurus quippe nudatam virginem. Ergo ubi interiorem tunicam exiit, obstupui mirabundus membrorum elegantiam. Elucebat enim ex densa nigraque coma collum album ac rubicunda gena; pulchri uterque per se colores, sed splendidiore nigri viciniâ. Inde saltu se in undas dedit et innatavit mari; tranquillique et immoti silebant fluctus, spumamque circumfluitantis æstus albicans corporis æquabat color. Cupidines testor, ni prius eam vidissem, credidissem videre me unam e famosis Nereidibus. Sed ubi satias eam cepit marinæ lotionis, dixisses visa exeunte e fluctibus virgine « ad hunc modum decore pingunt Venerem emergentem se e mari. » Ego tum accurrens ocius vestem amatæ reddidi; simul accessi formosamque adtrectare ausus sum. Illa (gravis enim erat et verenda, sicuti videbatur) succensens erubuit, fuitque pulchrior iratæ vultus oculusque quamvis excarescentis suavis veluti siderum flamma; lumen immo non flamma. Tum piscatorium calamus fregit remisitque mari pisces. Adstabam ego interea incertus consilii, et quos ceperam deslens et quam non ceperam deplorans magis.

VIII. Echepolus Melesippo.

« O decentiam, o equitandi peritiam! quam dexteritate ancipiti felix eques iste! et forma antistat et velocitate præcellit. Nunquam hunc, opinor, Amor domuit, sed Adonis ipse est, puellarum desiderium. » Audit hæc dicentem aureus eques, ac reprehendit dicens « nihil hoc tu ad rem, neque convenientem mihi sermonem exorsus. Unus amor equitare optime novit; is me et per me velocissime equum agitat currentemque acriter pungit urgens instantius. Perge ergo in hoc curriculo, equiso, canens simul et amatoriis canticis demulcens Cupidinem. » Ego igitur natum sub manum carmen occinui, caussam ab ipso sumens: « ego te, domine, mea quidem senten-



τὴν ἐμὴν εἰκότως ἵπποδρόμον ἐνόμιζον ἐλεύθερον βέλους. εἰ δὲ τοσοῦτον κάλλος ἔχων ἐρᾶς, νῆ τὴν Ἀφροδίτην, ἀδικοῦσιν οἱ Ἔρωτες. ὁμῶς γε τοῦτό σε μὴ σφόδρα λυπεῖτω. καὶ τὴν ἑαυτῶν ἔτρωσαν ἐκείνοι μητέρη. »

θ'. Στησίχορος Ἐρατοσθένει.

Γυνὴ τις ἐν ἀγορᾷ προϊούσα τὸν τε σύνευνον εἶχε πλησίον, καὶ ὑπὸ τῶν οἰκετῶν περιστοιχίζετο κύκλῳ. ὡς δὲ προσιόντα τὸν ἑαυτῆς εἶδε μοιχόν, ἄφνω βουλεύεται δαιμονίως ἅμα τῇ θεᾷ, ὅπως ἂν εὐπροσώπως ἀψηται τοῦ ποθουμένου, καὶ τι τυχόν καὶ λαλοῦντος ἀκούσῃ. αὐτὴ μὲν οὖν ὤλισθεν, ὡς ἐδόκει, καὶ πέπτωκεν ἐπὶ γόνυ· ὁ δὲ μοιχὸς συμπράττων ὡσπερ ἀπὸ συνθήματος τῇ γνώμῃ τῆς γυναικὸς ὀρέγει τὴν χεῖρα καὶ διανίστησι πεπτωκυῖαν, λαβόμενος τῆς δεξιᾶς καὶ τοῖς ἐκείνης δακτύλοις τοὺς ἑαυτοῦ περιπλέξας, καὶ ὡς οἶμαι πρὸς τοῦ ἔρωτος ὑπέτρεμον ἀμφοτέρων αἱ χεῖρες. ὁ μὲν οὖν μοιχὸς τῆς πεπλασμένης αὐτὴν παραμυθόμενος συμφορᾶς εἶπεν ἄττα δήπου καὶ ἔφη· ἡ δέ, ὡσπερ ἀλγοῦσα, λάθρα τῷ στόματι προσάγει τὴν χεῖρα, καὶ τοὺς ἑαυτῆς πεφίληκε δακτύλους ὧν ἐκεῖνος προσήψατο, ἔτι δὲ καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐρωτικῶς ἐπέθηκε τούτους, δάκρυον ὑποκρίσεως ἀποματτομένη τῶν μάτην πρὸς αὐτῆς ὑποθλιβομένων βλεφάρων.

ι'. Ἐρατόκλεια Διονυσιάδι.

Ἀκόντιος τὴν Κυδίππην καλὸς νεανίας καλὴν ἔγημε κόρη· ὁ γὰρ παλαιὸς λόγος εὖ ἔχει, ὡς ὁμοιον ὁμοίῳ κατὰ θεῖον αἶε προσπελάζει. καὶ τὴν μὲν ἅπασιν τοῖς ἑαυτῆς φιλοτίμως κεκόσμηκεν Ἀφροδίτῃ, μόνου τοῦ κεστοῦ φεισαμένη· καὶ γὰρ τοῦτον πρὸς τὴν παρθένον εἶχεν ἐξαίρετον ἢ θεός. καὶ τοῖς ὀμμασι χάριτες οὐ τρεῖς καθ' Ἡσίοδον ἀλλὰ δεκάδων περιεχόρουε δεκάς. τὸν δὲ νέον ἐκόσμουον ὀφθαλμοὶ φαῖδροὶ μὲν ὡς καλοῦ, φοβεροὶ δὲ ὡς σώφρονος, καὶ φύσεως ἔρευθος εὐανθὲς ἐπέτρεχε ταῖς παρειαῖς. οἱ δὲ φιλοθεάμονες τοῦ κάλλους εἰς διδασκάλου προϊόντα περισκόπουσιν συνωθῶντες ἀλλήλους, καὶ ἦν ὄραν πρὸς τούτου πληθούσας μὲν ἀγοράς, στενοχωρουμένας δὲ λαύρας. καὶ πολλοὶ γε διὰ τὸ λίαν ἐρωτικὸν τοῖς ἴχνεσι τοῦ μειρακίου τοὺς ἑαυτῶν ἐφήρμοζον πόδας. οὗτος ἠράσθη Κυδίππης· ἔδει γὰρ τὸν καλὸν τοσοῦτους τετοξευκότα τῷ κάλλει μιᾶς ἀκίδος ἐρωτικῆς πειραθῆναι ποτε, καὶ γνῶναι σαφῶς οἷα πεπόνθασιν οἱ δι' αὐτὸν τραυματῖαι. ἔθεν ὁ Ἔρωσ οὐ μετρίως ἐνέτεινε τὴν νευράν (ὅτε καὶ τερπὴν πέφυκεν ἢ τοξεία), ἀλλ' ὅσον εἶχεν ἰσχύος προσελκύσας τὰ τόξα, σφοδρότατα διαφῆκε τὸ βέλος. τοιγαροῦν εὐθέως, ὧ κάλλιστον παιδίον Ἀκόντιε, δυοῖν θάτερον, ἢ γάμον ἢ θάνατον διελογίζου βληθείς. πλὴν αὐτὸς ὁ τρώσας αἰετῖνας παραδόξους μηχανὰς διαπλέκων ὑπέθετό σοι καινοτάτην βουλήν, τάχα που τὸ σὸν αἰδούμενος κάλλος. αὐτίκα γοῦν κατὰ τὸ Ἀρτεμίσιον

tia, ut par erat, credebam equitem liberum a vulnere : sed si cum hac forma amas, Venerem testor, iniurii sunt Cupidines. Nec tu ideo tamen gravius succenseas. Et illi sauciaverunt matrem suam. »

IX. Stesichorus Eratostheni.

Mulier incedens in foro coniugem habebat ad latus, stipabaturque undique secus famulorum globo. Sed ut procedentem versus ipsam adulterum suum vidit, e re nata consilium ocus iniit, qui amasium honeste attingeret et fortean audiret loquentem. Ergo illa lapsam se simulans cecidit in genu, mæchusque velut de compacto mulieris consilium adiuuans extensa manu lapsam erexit adprehensa dextera, suosque digitos illius digitis implicuit. Tremuere, opinor, præ amore utraq̃ue manus. Tum adulter simulatum casum consolabundus quædam insurravit : illa dolorem fingens clandestino manum admovit ori basiavitque tactos amanti digitos. Quin et eos amatorie oculis imposuit, simulatas lacrimas e contritis frustra palpebris extersura.

X. Eratoclea Dionysiadi.

Acontius Cydippen bellus iuvenis bellam virginem duxit domum. Recte est enim in veteri dicto, similem simili divinitus semper adgregari. Nam illam omnibus suis honoribus liberaliter honestavit Venus, solam sibi zonam reservans, quam præ mortali præcipuam haberet dea. Tum oculos eius non trinae secundum Hesiodum sed decies denæ pererrabant Gratia. Iuvenem contra decorabant oculi lucidi quidem ut pulchri, verendi tamen ut casti, natusque ac florus rubor conlustrabat genas. Itaque formarum spectatores ad ludi magistrum itantem trudentes se invicem intuebantur, eratque videre illius causa forum hominibus plenum, angustas vias : quin et multi amabili hac specie lactati pueri vestigiis suos ipsorum pedes applicabant. Talis Acontius Cydippen amare cepit ; oportebat enim formosum tot sauciatis forma sua mortali bus sentire et ipsum semel unam puncturam Cupidinum, ut sciret expertus qualia passi forent quos ipse sauciaverat. Itaque Amor non laxius nervum intendit, quandoquidem iucunda sagittarum emissio, sed arcu quantum potuit adducto iaculum emisit vi maxima. Quippe tu statim, Aconti, lepidum caput, ubi saucius factus es, alterutrum apud te ipsum constituisti, aut mortem aut nuptias. Ceterum idem ille, qui te vulneraverat, consuetus miras quasdam semper machinas nectere, novum tibi consilium iniecit, tuam fortean formam reveritus. Ita

ὡς ἐθέλω προκαθημένην τὴν κόρην τοῦ κήπου τῆς Ἀφροδίτης, κυδώνιον ἐκλεξάμενος μῆλον, ἀπατηλὸν αὐτῷ περιγεγράφηκας λόγον, καὶ λάθρα διεκύλισας πρὸ τῶν τῆς Θεραπίνης ποδῶν. ἢ δὲ τὸ μέγεθος καὶ τὴν χροιάν καταπλαγείσα ἀνήρπασεν, ἀμα διαπορούσα τίς ἄρα τοῦτο τῶν παρθένων μετεώρως ἀπέβαλε τοῦ προκολπίου. « ἄρα » φησὶν « ἱερὸν πέφυκας, ὦ μῆλον; τίνα δέ σοι περὶ ἐγκεχάραται γράμματα; καὶ τί σημαίνειν ἐθέλεις; δέξου μῆλον, ὦ κεκτημένη, οἷον οὐ τεθέασαι πρότερον. ὡς ὑπερμέγεθες, ὡς πυρρωπόν, ὡς ἐρύθημα φέρον τῶν ῥόδων. εὖγε τῆς εὐωδίας· ὅσον καὶ πόρρωθεν εὐφραίνει τὴν αἴσθησιν. λέγε μοι, φιλιτάτη, τί τὸ περιγράμμα τοῦτο; » ἢ δὲ κόρη κομισαμένη καὶ τοῖς ὄμμασι περιθέουσα τὴν γραφὴν ἀνεγίνωσκεν ἔγχευσα ὧδε « μὰ τὴν Ἀρτεμιν Ἀκοντίῳ γαμοῦμαι. » ἔτι διερχομένη τὸν ὄρκον εἰ καὶ ἀκούσιόν τε καὶ νόθον, τὸν ἐρωτικὸν δόλον ἀπέριψεν αἰδομένη, καὶ ἡμίφωνον καταλέλοιπε λέξιν τὴν ἐπ' ἐσχάτῳ κειμένην, ἅτε διαμνημονεύουσαν γάμον, ὃν σεμνὴ παρθένος κἂν ἑτέρου λέγοντος ἠρυσθῆσεν. καὶ τοσοῦτον ἐξεφρονίσθη τὸ πρόσωπον, ὡς δοκεῖν ὅτι τῶν παρειῶν ἔνδον εἶχε τινα ῥόδων λειμῶνα, καὶ τὸ ἐρύθημα τοῦτο μηδὲν τῶν χειλῶν αὐτῆς διαφέρειν. εἶπεν ἡ πᾶς, ἀκήχοεν Ἀρτεμις· καὶ παρθένος οὐσα θεός, Ἀκόντιε, συνελάβετό σοι τοῦ γάμου. τέως οὖν τὸν δαίλαιον — ἀλλ' οὔτε θαλάττης τρικυμίας οὔτε πόθου κορυφούμενον σάλον εὐμαρὲς ἀφηγείσθαι. δάκρυα μόνον, οὐχ ὕπνον αἰνύκτες ἐπῆγον τῷ μερακίῳ· κλάειν γὰρ αἰδοῦμενος τὴν ἡμέραν, τὸ δάκρυον ἐταμειύετο ταῖς νυκτίν. ἔτακεις δὲ τὰ μέλη καὶ δυσθυμίας μαραινόμενος τὴν χροιάν καὶ τὸ βλέμμα δεινῶς ὄρακιῶν ἐδεδίει τῷ τεκόντι φανῆναι, καὶ εἰς ἄγρον ἐπὶ πάσῃ προφάσει τὸν πατέρα φεύγων ἐφοίτα. διόπερ οἱ κομψότεροι τῶν ἡλικιωτῶν Λαέρτην αὐτὸν ἐπαινομάχον, γητόνον τὸν νεανίσκον οἰόμενοι γεγονέναι. ἀλλ' Ἀκοντίῳ οὐκ ἀμπελῶνος ἔμελεν, οὐ σκαπάνης, μόνον δὲ φηγοῖς ὑποκαθήμενος ἢ πετελαῖας ὠμίλει τοιάδε. « εἶθε, ὦ δένδρα, καὶ νοῦς ὑμῖν γένοιτο καὶ φωνή, ὅπως ἂν εἴποιτε Ἐκιδίππῃ καλῇ, ἢ γοῦν τοσαῦτα κατὰ τῶν φλοιῶν ἐγκεχολαμμένα φέροιτε γράμματα, ὅσα τὴν Εκιδίππην ἐπονομάσει καλῆν. Εκιδίππη, καλῆν σε καὶ εὐορκον ὁμοίως προσείπω ταχύ, μηδὲ Ἀρτεμις ἐπὶ σὲ ποινᾶιον βέλος ἀπῆ καὶ ἀνέλη· μενεὶ δὲ τὸ πῶμα προσκείμενον τῇ φαρέτρα. ὦ δυστυχὴς ἐγώ. τί δέ σοι τοῦτον ἐπῆγον τὸν φόβον; ὅποτε καὶ φασὶ τὴν θεὸν ἐπὶ πάσαις μὲν ἀμαρτᾶσι κινεῖσθαι δεινῶς, μάλιστα δὲ τοὺς ἀμελοῦντας τῶν ὄρκων πικρότερον τιμωρεῖσθαι. εἶθε μὲν οὖν ὡς ἀρτίως ἠγγόμην εὐορκος εἴης, εἶθε γάρ· εἰ δὲ ἀποβαίῃ ὅπερ μηδὲ λέγειν καλόν, ἢ Ἀρτεμις ἔστω σοι, παρθένε, πρᾶξι· οὐ σὲ γὰρ ἀλλὰ τὸν δόντα τῆς ἐπιορκίας τὴν πρόφασιν κολαστέον. μαθήσομαι μόνον ὡς μεμέληκέ σοι τῶν γραμμάτων, καὶ τοῦ σοῦ πρῆστῆρος τὴν ἐμὴν ψυχὴν ἀπαλλάττων οὐχ ἤττον αἵματος ἀφειδήσω τοῦ ἡμετέρου ἢ περ ὕδατος εἰκῆ γεομένου. ἀλλ'

simul in Dianæ sedentem puellam vidisti, decerptum in horto Veneris malum Cydonium fallaci circum inscriptione literatum provolvisti clanculum ante famulæ pedes; quod illa statim et molem et colorem pomi mirata rapuit, dubitabunda simul cuinam id e virginibus aliud agenti excidisset e sinu. « An tu potius » inquit « sacrum es malum? quæ tibi autem insculptæ circum literæ, quidve tibi volunt? Tene pomum, domina, quale non vidi ego antehac. Quam supra modum magnum, quam rutilum, quam rosas rubore referens! Euge suavem odorem, quamque id nares etiam a longe permulcet! Dic mihi, carissima, quid tibi vult inscriptio hæc? » Tum puella suscepit malum, oculis percurrit scripturam, perlegit titulum in hæc verba conceptum: « Per Dianam Acontio nubam. » Adhuc iusiurandum, quamvis et invitum nec legitimum, proferebat, quum amatoriam decipulam vercundata proiecit dimidiafamque reliquit vocem ultimam; quippe in qua nuptiarum mentio, quas etiam aliis loquentibus erubescunt honestæ virgines. Denique ita vultum erubuit, ut rosarium quoddam pratum habere videretur intra genas: nihiloque is rubor cedebat eius labiis. Ergo puella elocuta est, Diana audiit, deaque virgo coniuravit, Acontii, in tuas nuptias. Miser ille interea — sed neque decumani fluctus, nec Cupidinis sublimem æstum verbis exsequi promptum. Lacrimas solas, non somnum noctes adferebant iuveni: nam pudens flere de die reservabat noctibus fletus; simul tabescens membra coloremque desperatione marcescens et visum admodum pallidus patris conspectum verebatur, itabatque in agrum quovis prætextu patrem fugiens; unde Laertes vocabatur ab æqualium elegantiusculis, agricolam eum factum credentibus. Sed Acontio non vineta curæ, non ligo: solum fagus aut pinus, sub quibus desidebat adlocutus. « Utinam » inquebat « et mens vobis arbores et vox esset, ut hoc unum dictitaretis Ἐκιδίππη pulchra; vel saltem corticibus inscriptas ferte hoc ipsum testantes literas. Licet mihi propediem, Cydippe, formosam te et iurandi religiosam dicere. Neque te Diana sagitta ultrice tollat: quin tectam operculo teneat pharetram. Sed o miserum me, quid ego te hunc adegi metum? nam aiunt ceteris quidem peccatis succensere graviter deam, sed præ aliis in iurandi neglecti reos vindicare severius. Utinam ergo, sicuti optabam modo, iurandum serves, utinam! Sin contra eveniat, quod nec fas dictu, sit tibi Diana virgo propitia. Non enim tu, sed qui periurio causam dedit, dignus vindicta. Sentiam solum curæ tibi fuisse eas literas, et a flamma et face tua animum avellens non magis parcam sanguini meo, quam effusæ temere lymphæ.



ὦ φίλτατα δένδρα, τῶν ἡδυφύων ὀρνίθων οἱ ὄωκοι, ἄρα κὰν ὑμῖν ἐστὶν οὗτος ὁ ἔρωσις, καὶ πίτυος τυχὸν ἡράσθη κυπάριτος ἢ ἄλλο φυτὸν ἐτέρου φυτοῦ; μὰ Δ' οὐκ οἶμαι· οὐ γὰρ ἂν ἐφυλλορροεῖτε, καὶ τοὺς κλάδους ἀπλῶς ὁ πόθος κόμης ἰμοῦ καὶ ἀγλαίας ἐψίλου, ἀλλὰ καὶ μέγρι στελέχους τε καὶ ριζῶν ὑπονοστήσας τῷ πυρσῷ δεικνεῖτο. » τοιαῦτα μὲν τὸ παιδίον διελέγετο, πρὸς τῷ σώματι μαραινόμενος καὶ τὸν νοῦν τῇ δὲ Κυδίππῃ πρὸς ἕτερον ἠτρεπίζετο γάμος. καὶ πρὸ τῆς παστάδος τὸν ὑμέναιον ἤδον αἱ μουσικώτεροι τῶν παρθένων καὶ μελίφωνοι, τοῦτο δὲ Σαπφῶς τὸ ἤδιστον φθέγμα· ἀλλ' ἄφρων νεόσηκεν ἢ παις, καὶ πρὸς ἐκφορὰν ἀντὶ νυμφαγωγίας οἱ τεκόντες εἴρων. εἶτα παραδόξως ἀνέσφηλε, καὶ δεύτερον ὁ θάλαμος ἐκοσμεῖτο· καὶ ὡσπερ ἀπὸ συνθήματος τῆς Τύχης αὐθις ἐνόσει. τρίτον ὁμοίως ταῦτα συμβέβηκε τῇ παιδί, ὁ δὲ πατὴρ τετάρτην οὐκ ἀνέμεινε νόσον, ἀλλ' ἐπύθετο τοῦ Πυθίου τίς ἄρα θεῶν τὸν γάμον ἐμποδίζει τῇ κόρῃ. ὁ δὲ Ἀπόλλων πάντα σαφῶς τὸν πατέρα διδάσκει; τὸν νέον, τὸ μῆλον, τὸν ὄρκον, καὶ τῆς Ἀρτέμιδος τὸν θυμόν· καὶ παραινεῖ θῆκτον εὐορκον ἀποφῆναι τὴν κόρην. « ἄλλως τε » φησὶ « Κυδίππῃ Ἀχοντίῳ συναπτῶν οὐ μόλιθδον ἂν συνεπιμιξείας ἀργύρω, ἀλλ' ἐκατέρωθεν ὁ γάμος ἔσται χρυσοῦς. » ταῦτα μὲν ἔρησεν ὁ μαντιῶς θεός, ὁ δὲ ὄρκος ἅμα τῷ χρησμῷ συνεπληροῦτο τοῖς γάμοις. αἱ δὲ τῆς παιδὸς ἡλικιωτίδες ἐνεργὸν ὑμέναιον ἤδον, οὐκ ἀναβαλλόμενον ἐτι οὐδὲ διακοπτόμενον νόσῳ. καὶ ἡ διδάσκαλος ὑπέβλεπε τὴν ἀπάδουσαν, καὶ εἰς τὸ μέλος ἰκανῶς ἐνεβίβαζε χειρονομούσα. ἕτερος δὲ τοῖς ἄσμασιν ἐπεκρότει, καὶ ἡ δεξιὰ τοῖς δακτύλοις ὑπεσταλμέναις ὑποκειμένην τὴν ἀριστερὰν ἐπληττεν εἰς τὸ κοῖλον, ἵν' ὧσιν αἱ χεῖρες εὐφῶνοι συμπληττόμεναι τρόπον κυμβάλων. ἅπαντα δ' οὖν ὁμοῦ βραδύνειν ἐδόκει τῇ Ἀχοντίῳ, καὶ οὔτε ἡμέραν ἐκείνης ἐνόμισε μακροτέραν ἑορακῆναι οὔτε νύκτα βραχυτέραν τῆς νυκτὸς ἐκείνης, ἥς οὐκ ἂν ἠλλάξατο τὸν Μίδου χρυσόν, οὐδὲ τὸν Ταντάλου πλοῦτον ἰσοστάσιον ἠγεῖτο τῇ κόρῃ, καὶ σύμφηφοι πάντες ἐμοί, ὅσοι μὴ καθάπαξ τῶν ἐρωτικῶν ἀμαθειῶν τὸν γὰρ ἀνέραστον οὐκ ἀπεικὸς ἀντίδοξον εἶναι. ὁ δ' οὖν τῇ παρθένῳ βραχέα νυκτομαχίσας ἐρωτικῶς, τό γε λοιπὸν εἰρηναίων ἀπέλαυνεν ἡδονῶν. ἐκάοντο δὲ κατὰ δώματα δᾶδες ἐκ λιβανωτοῦ συγχείμεναι, ὥστε ἅμα κάεσθαι καὶ θυμίσθαι καὶ παρέχειν τὸ φῶς μετ' εὐωδίας. πάλαι τοίνυν αἱ παρθένοι, συναριθμουμένης αὐταῖς τῆς Κυδίππης, ἐπλεονέκτουσαν σφόδρα τῶν γυναικῶν, τὸν κολοφῶνα φέρουσαι τῆς εὐπρεπειᾶς· νυνὶ δὲ, τῆς νύμφης ἐν γυναιξὶ ταττομένης, μειονεκτοῦσιν αἱ κόραι· τοσοῦτον ἡ φύσις ἀπανταχοῦ τὸ λαμπρὸν αὐτῆς ἐχορυφώσατο κάλλος. ὡσπερ δὲ χρυσόπολις ἢ πόα τῷ χρυσῷ μείρακι συνήπτετο προσφυῖς. ἅμφω δὲ λαμπροῖς ὄμμασιν, ὅσον ἀστῆρες ἀνταυγοῦντες ἀλλήλοις, παιδρότερον τῆς ἀλλήλων ἀπέλαυον ἀγλαίας.

Sed o carissimæ plantæ, suavisonarum avium sedes, numnam est et in vobis hic amor? pinumque forte cupressus aliave arbor aliam deperit? Non per Iovem credo: non enim amitteretis folia; nec solum circum ramos amor coma simul vos et decore spoliaret, sed usque ad truncum et radices penetraret eius lampada. » Talia fabatur mentem simul et corpus marcidus adolescens. At Cydippæ cum altero parabantur nuptiæ, iamque ante thalami fores vocis dulcedine cantusque peritia potiores virginum hymenæum occinebant, dulcissimum illud Sapphus canticum. Sed sponsa de improvise cepit ægrotare, ac iam pro nuptiali funebrem pompam spectabant parentes. Convaluit tamen insperato, thalamusque iterum adornari cepit; sed veluti de compacto ludente fortuna decubuit rursus; tertiumque eadem hæc omnia evenere. Tum pater non exspectata quarta ægritudine misit scitatum Pythium, quis deum impediret nuptias filia. Cui Phœbus rem omnem disertim aperuit; adolescentem, potum, iurandum, iram Dianæ; monuitque ut quamprimum liberaret puellæ fidem: « alioquin » inquit « et quum Cydippen Acontio iugabis, non misceris plurimum argento, sed facies aureas utrimque nuptias. » Hæc fuit divini numinis dictio, quam simul et iuramentum implevere celebratis nuptiis. At virginis æquales perfectum tum demum hymenæum eccinere, non dilatatum amplius nec interruptum accedente morbo. E quis si qua discrepare visa, respicit eam chori magistra et ad modulum commode reducit, manibus simul increpans. Alius canticis applaudere dexteræque contractis digitis subiectæ lævæ palmam ferire, ut manus complexæ cythalorum in modum dulcem sonum ederent. Omnia tamen morari videbantur Acontio, neque diem ille longiorem vidisse se nec breviorum illa noctem censuit, quam non mutasset Acontius Midæ auro, nec puellæ contra æstimasset Tantali divitias. Adsentientur omnes mihi, nisi si qui prorsus imperiti Cupidinum; tales quippe non mirum sentire contra. Ita conserto brevi cum virgine nocturno prælio pacata deinceps præcepit gaudia. Ardere interea in ædibus lædæ ture accensæ, ut simul et arderent et suffirent ædes lumenque cum odore suavi præberent. Itaque virginis quæ prius censita inter ipsas Cydippe antistabant longe mulieribus, formæ summam laudem commeritæ, nunc addita mulieribus sponsa vincuntur longe: tantum formam eius utrobique natura extulit. At Cydippe veluti chrysoptolis herba aureo iuveni native adiuncta hærebat; et ambo splendidis oculis stellarum ad modum invicem reciproco lumine coruscantes mutuas splendidius fruebantur delicias.

15'. Φιλόστρατος Εὐαγόρα.

Παιδίσκην ἑαυτῆς ὄδε πως ἤρετό τις γυνή· « πρὸς τῶν Χαρίτων, ποῖον δοκῶ σοι νεανίσκον ποθεῖν; ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι καλόν· ἀλλ' ἐρῶσα τυχόν σφάλλωμαι περὶ τὴν κρίσιν τοῦ ποθουμένου, καὶ ἔρωτι πλανῶμαι τὴν ὄψιν. λέγε δὴ μοι κακείνο, τί φασιν αἱ καθορῶσαι τοῦτον γυναῖκες; πότερον αὐτὸν ἐπαινοῦσι τοῦ κάλλους, ἢ ψέγουσιν ἀποστραφεῖσαι τὴν θέαν; » ἢ δὲ μαστροπέουσα πρὸς τὴν κερτημένην φησὶ « νῆ τὴν Ἄρτεμιν, ἐγὼ πολλῶν ἀκήκοα γυναικῶν αὐτήκοος γινομένη πλησίον ἐπιφθεγγομένων τοιαύδε τῷ νέῳ· ἰδοὺ μειράκιον εὐπρεπές, ἰδοὺ κάλλος ἀπηκριβωμένον τῇ φύσει· τοιοῦτους ἔδει πλάττεσθαι τοὺς Ἴριμας μᾶλλον ἢ κατὰ Ἀλκιβιάδου μορφήν. κάλλος γε καλόν, νῆ τὰς φίλας ὤφρα. χαρίεις δὲ νεανίας, ἐπὶ κάλλει μέγα φρονῶν, οὐ μέντοι εἰς ὑπερφηάνειαν, ἀλλ' εἰς τὸ ἀβρόν καὶ μεγαλοπρεπές. ἱκανὸν μὲν πρὸς ἔρωτα καὶ μόνον τὸ ἐπίγρυπον τοῦ νεανίσκου, ἱκανὴ δὲ καὶ ἡ κόμη, καλὴ μὲν καὶ ἑαυτὴν οὖσα, ἔτι δὲ καλλίων περιχειμένη μὲν τῷ μετώπῳ, συγκατιοῦσα δὲ τῷ ἰούλῳ παρὰ τὸ οὖς. τὸ δὲ γλανιδίσκιον βαβαὶ τῶν χρωμάτων· οὐ γὰρ ἐφ' ἐνὸς μένει χρώματος, ἀλλὰ τρέπεται καὶ μετανθεῖ. οὗτος ἡμῖν εὐκταῖος ἐραστής, ἡβάσκων ἀμφὶ πρώτην ὑπὲρ ἡμῶν εὐδαίμων ἢ τὸν νέον εὐτυχούσα ἐπίσης ἐραστὴν ἁμοῦ καὶ ἐρώμενον. μακαρία ἡ συχοιμωμένη τούτῳ, γλιθῶσα κατ' εὐνήν καὶ ἐν-ρυφῶσα τῷ κάλλει. εὐμενεστέροις ὁμμασιν ἐκείνην αἱ Χάριτες εἶδον.) καὶ πᾶσαι μοι δοκοῦσιν ἔρᾶν αὐτίκα τοῦ μειρακίου. » ἤσθη ταῖς μαρτυραῖς, καὶ ὑπ' ἡδονῆς παντοδαπὰ χρώματα παρ' ἕκαστον λόγον ἤφει, καὶ (τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο) ἔδοκει τῇ κεφαλῇ ψάθειν τοῦ οὐρανοῦ. καὶ τότε πεπίστευκε τὸν νέον εἶναι καλόν· αὐταὶ γὰρ ἑαυτὰς αἱ γυναῖκες τότε δὴ κρίνουσιν εἶναι καλάς, ὅταν ἰδῶν τις ἐπαινέσῃ, ἢ ὅταν ἐραστῇ θαυμάσας.

16'. Εὐήμερος Λευκίππου.

Τις ἄρα θεάεται τῆς ἔω τὰ κάλλη, τίς δὲ ταῖς ἐσπερίαις ὁμιλεῖ γυναιξίν; ἡκόντων οἱ πανταχόθεν ἐρωτικοὶ πρὸς κρίσιν τῆς ἐμῆς Καλλιχοίτης, καὶ σὺν ἀληθείᾳ λεγόντων εἰ ποῦ τοιοῦτον ἱστορήκασιν ἀξιόθεατον κάλλος. ὅπου γὰρ ἂν τις αὐτῇ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπιβάλῃ, πανταχοῦ κάλλος αὐτῷ συναντᾶται, καὶ κάλλους ἐφάπτεται. ταύτης δὲ Μῶμος ἀποσφαλεῖς ἄγεται καὶ στένει καὶ ἀπορεῖ παραδόξως. τεθαύμακα τῆς ἡλικίας τὴν χάριν, καὶ μέχρι τοῦ ποδὸς διήλθε τὸ θαῦμα· φύσει γὰρ ὁ ποῦς εὐπλαστος ὢν καὶ τὰς ἀκοσμήτους οἶδε κοσμεῖν. ἐφήδομαι τοῖς τρόποις εὖ μάλα συμπρέπουσι τῇ μορφῇ· ἑταίρας μὲν γὰρ ἡ Πυθιάς εἶληγε βίον, ἀπλόττητα δὲ σύμφυτον ἔχει καὶ ἀμεμπτον ἦθος. ἅπαντα τῆς τάξεως βελτίω, καὶ αὐτὸν με μάλιστα ἤρηκε τῷ ἀκάκῳ. δῶρον δ' ὅ τι δῶ τις ἐπαινεῖ, οὐχ ὕστερ ἑταίρα πᾶν τὸ διδόμενον

XI. Philostratus Evagoræ.

Mulier quædam ancillam suam compellavit his verbis : « Dic mihi, per Gratias, qualis tibi videtur quem ego deperco iuvenis? nam is mihi pulcher videtur; sed forte amore percita de amato non recte iudico; forte amor visum meum frustratur. Dic mihi et hoc, quid de eo dicant ceteræ ubi viderunt mulieres. Num formam ejus laudant? an avertentes vultum despiciunt? » Illa dominam lenonia arte illiciens « Dianam testor » inquit, « ego his auribus multas audiavi proxime adolescenti insurrantes : vide formosum iuvenem, vide formam ad amussim a natura exactam. Ad hanc faciem debuere singi Hermæ, non ad Alcibiadis vultum. O formosam formam, vos testor, caræ Horæ : o lepidum iuvenem forma sua ferocem, non ad superbiam sed ad teneram et magnanimam indolem. Satis conciliando amori vel sola hæc nasi aduncitas, sed et hæc casaries pulchra per se quidem, sed pulchrior circumfusa fronti : dein iuxta aures descendens mixta lanugini. Tum amicali colores quam mirandi; non enim colorem unum servat, sed mutat ex uno flore in alterum transiens. Talis nobis optandus amor prima florens lanugine. Felix quæ iuvenem parili amore amata simul et amans possidet : fortunata quæ cum ipso cubat, luxurians in lecto formaque superbe gaudens. Propitiis illam oculis viderunt Gratia). Omnes mihi videntur eum deperire mulieres. » Læta tot testibus domina præ voluptate mutabat colorem ad singulas voces, videbaturque sibi quod dicitur sublimi vertice cælum tangere. Tum demum vere formosum esse iuvenem credidit. Nam et ipsæ se mulieres tum credunt forma præcellere, quum quis eas videns laudavit, vel quum miratus amare cepit.

XII. Euhemerus Leucippo.

Quis unquam formas Orientis vidit? quis occidui orbis mulieribus congressus est? veniant undique feminarum amatores iudicare de mea pulchra connuba, dicantque veraces siquando tam dignam spectari speciem noverint. Nam quacumque illi inieceris oculos, occurrit ubique forma; formam semper attingis. Momus hic frustra abiens dolet, desperat. Subiit mihi cum admiratione spectare stature decus et gratiam, transiitque usque ad pedes miraculum. Natura enim pes bene aptus etiam inornatas exornare condidit. Sed et me lactant convenientes formæ mores. Nam mea Pythias conditionem vivendi meretriciam sortita simplicitatem tamen nativam retinet et indolem inculpatam, moribus ita compositis, ut conditione eius longe sint meliores. Quin me nulla re magis cepit quam innocentia. Si quid das, qualecunque id sit.



σμικρὸν ἡγουμένη. ** καὶ ὡσπερ κολοῖος ἀεὶ παρὰ κολοῖον ἰζάνομεν ἄμφω. τί δεῖ περαιτέρω προβαίνειν, ἔνθα δὴ τὰ τῆς Ἀφροδίτης ἀπόρρητα; λεκτέον δὲ μόνον ὡς ἀντιλέγει τοσοῦτον, ὅσον ἐν τῷ βραδύνειν ἐρεθίσαι. ὁ μὲν οὖν τράχηλος αὐτῆς ἀμβροσίας ὄδωδε, καὶ τὸ ἄσθημα ἡδύ· εἰ δὲ μήλων ἢ ῥόδων πύμασι συμμιγνέντων ἀπόζει, φιλῆσας ἐρεῖς. τοῖς δὲ στέρνοις τῆς καλῆς ἐπιθείς τὴν κεφαλὴν ἡγρύπνουν, αὐτὸ καταφιλῶν τὸ πῆδημα τῆς καρδίας. οὐκ οὖν τῶν ἀφροδισίων, ὡς ἔφη τις, εἰς τὸ τῆς ἡδονῆς τέλος ὁδός ἐστιν μία· ἀναφροδίτοι γὰρ αἱ δυσειδέεις γυναῖκες, καὶ ἡδονῆς ἐν ἐκείναις οὐκ ἀρχὴν οὐ τέλος εὔροι τις ἄν. ἐπεὶ κὰν τοῖς ἐδέσμασιν ἐν τέλος ὁ κόρος· ἀλλὰ τὰ μὲν τρέφει καὶ τέρπει, τὰ δὲ παντελῶς ἀνατρέπει. διὰ ταύτην ἡμέρα μοι πᾶσα λευκὴ καὶ τῶν ἐν φαρέτρα λογιζομένων εἰς εὐτυχίαν οὐχ ἤττων. ἀδόντων μὲν οὖν ἀκίχρα πολλὰκίς ὡς πέφυκεν ἀποδημία τὸν πόθον ἐκλύειν, καὶ παρομιαζόμενοι δὲ φασὶ τοσοῦτον φίλος, ὅσον ὄρῃ τις ἐναντίον. ἐγὼ δὲ ὀμνυμι τὰς χάριτας Πυθιάδος ὡς οὐδὲ ἀποδημῶν ἀπεστάτου τῆς πρὸς ἐκείνην φιλίας. οὐδὲν οὖν ἤττον ἐπανῆλθον ἐρῶν, μᾶλλον δὲ διαλιπὼν μεϊζόνως ἡσθόμην τοῦ πόθου, καὶ χάριν οἶδα τῇ Τύχῃ ὅτι μοι λήθην οὐκ ἐνέθηκε τῆς φιλάτης. ἔφη δ' ἄν τις ἐρωτικὸς ποιητῆς καθομηρῖζων ἡμᾶς

ἀσπάσιοι λέκτροιο παλαίου θεσμὸν ἔνοστο.

ιγ'. Εὐτυχόβουλος Ἀκεστοδώρω.

Τῷ μακρῷ καὶ τοῦτο, φίλτατε, κατέμχθον χρόνῳ, ὡς καὶ τέχνη πᾶσαι προσδέονται τύχης, καὶ τύχη διακοσμεῖται ταῖς ἐπιστήμασι. αἱ μὲν γὰρ ἀτελεῖς μὴ συνεργῶντος τοῦ θεοῦ, ἡ δὲ μᾶλλον εὐδοκιμεῖ τὰς ἐαυτῆς ἀφρομὰς τοῖς ἐπιστήμοσι ὀρωρούμενη. ἐπεὶ τοίνυν μακρὸν γε τὸ προοίμιον, εὖ οἶδα, τῷ ποθοῦντι θάπτον ἀκοῦσαι, ἤδη λέξω τὸ συμβάν, μηδὲν ἔτι μελλήσας. Χαρικλῆς ὁ τοῦ βελτίστου Πολυκλέους υἱὸς παλλακίδος τοῦ τεκόντος πόθῳ κλινοπετῆς ἦν, σώματος μὲν ἀφανῆ πλαττόμενος ἀληθόνα, ψυχῆς δὲ ταῖς ἀληθείαις ἐρωτικῆν αἰτιώμενος νόσον. ὁ γοῦν πατήρ, οἷα πατήρ ἀγαθὸς καὶ σφόδρα φιλόπαις, αὐτίκῃ Πανάκειον μεταπέμπεται τὸν ὄντως ἐπόνυμον ἰατρόν, ὃς τοὺς μὲν δακτύλους τῷ σφυγμῷ προσαρμόζων, τὸν δὲ νοῦν μετάρσιον ἄγων τῇ τέχνῃ, καὶ τοῖς ὄμμασι τὸ διαγνωστικὸν ὑποφαίνων κίνημα τῆς διανοίας οὐδὲν ὄλως ἀρρώστημα κατενόει γνώριμον ἰατροῖς. ἐπὶ πολλὸ μὲν οὖν ὁ τοιοῦτος ἰατρὸς ἀμήχανος ἦν τῆς δὲ ποθομένης ἐκ αὐτομάτου παριούσης διὰ τοῦ μεираκίου, ἀθρόον ὁ σφυγμὸς ἄτακτον ἤλατο, καὶ τὸ βλέμμα ταραχῶδες ἐδόκει, καὶ οὐδὲν ἄμεινον τὸ πρόσωπον διεκείτο τῆς χειρὸς. καὶ διγῶθεν ὁ Πανάκειος διέγνω τὸ πάθος, καὶ ἔπερ ἀπλῶς ἐκ τέχνης οὐχ εἶλεν, ἐκ τύχης μᾶλλον εἶχε λαβῶν, καὶ τὸ δῶρον τῆς προνοίας εἰς καιρὸν ἐταμειυέτο τῇ σιωπῇ. καὶ πρῶτος ἦν αὐτῷ τῆς ἐπισκέψεως ἡγουμένος ὅδε ὁ τρόπος, αὐθις δὲ πα-

laudat, non meretricium in morem, quicquid datur parvi aestimantium. Ita nos semper adsidemus alter alteri veluti monedulae. Quid ulteriora narrem? ubi secretæ et infandæ Veneris deliciae. Dicam hoc unum tamen, tamdiu repugnare illam, donec mora desiderium accenderit. Sed collum eius ambrosiam spirat; suavis anima; dicas quum pangis basium, sentire te mixta poculis poma vel rosas. Itaque ego delicato pectori cervice incumbens insomnem noctem duxi sussultum cordis ipsum basians. Non est ergo Venerii operis, ut dixit quidam, ad finem voluptatis unicum iter: carent enim Venere deformes, ac voluptatis in iis non caput, non pedes inveneris. Nam et ciborum finis unus satietas: sed alii nutriunt simul et delectant; sunt qui prorsus nauseam creent. Per hanc mihi dies omnis candida, nec minus felix iis, quæ in pharetra numerantur. Itaque audieram sæpius canentes absentia solvi cupidinem; dicuntque vulgo (amicus tantum, quamdiu coram videt). At ego Pythiadis gratias iuro, ne absentem quidem excidisse illius cupidinem. Ita redii non minus amans, immo post temporis aliquod spatium gravius me amor affectit gratiamque fortunæ dico, quod non mihi imperavit amicissimi capitis oblivium. Dicat quis amatorius poeta Homerum nobis accommodans,


Dulces antiqui leges repetisse cubilis.

XIII. Eutychobulus Acestorō.

Et hoc longum me tempus, amice, docuit, fortuna egere artes omnes, fortunæque vicissim ab artibus ornamentum accedere. Nam illæ, ni numen adiuvet, imperfectæ; et hæc magis elucescit, ubi occasiones suas præbuit peritis. Sed quoniam longa sat scio præfatio narrationem avide exspectanti, dicam rem ipsam, non morabor amplius. Charicles optimi Polyclis filius æger amore paternæ pellicis decubabat in lecto, caussatus occultam corporis ægritudinem, revera animum anxius amatorio morbo. At pater, ut bonum patrem ac filii amantem par fuit, confestim Panaccum accersit, medicum vere dignum suo nomine. Is admotis pulsui digitis et mentem in sublime evehens arte, oculisque observans motus animi indices, nullum prorsus morbum agnovit familiarem medicorum filiis. Ita diu tantus medicus quid censeret, incertus stetit. Sed quum forte ante oculos adolescentis amata transiret, repente pulsus incondite sussillire, visus turbari, nec facies melius habebat manu. Ita Panaceus causam mali sensit duplici indicio, quodque arte sola non percepisset, agnovit adnitente fortuna. Providentiæ tamen donum ad tempus textit silentio, primusque illi inquirendi modus hic fuit.

Remisi tibi tunicam, quam a te textam mihi misisti, quoniam talia sibi inducere vetitum est tolerantiam exercitibus, et ut ab hoc negotio te revocarem, in quod magno cum studio te immisisti, quo amorem præ te ferres conjugalem. Ego vero si hanc ob causam te duxi, recte et ipsa his animum tuum significans mihi facis ; at si ob philosophiam, cuius et ipsa fuisti cupida, eiusmodi studia valere iube, daque operam, ut gravioribus vitæ humanæ utilem te præbeas. Hæc enim et apud me et apud Diogenem didicisti.

XXXI. Eidem.

Ratio, animi gubernatrix, pulchra res est et summum hominibus bonum. Quære igitur, quo modo eam tibi comparare possis : assequeris enim felicem vitam atque rem. Viros quære sapientes, etiamsi ad extremos terræ fines procedendum tibi sit.

XXXII. Eidem.

Venere quidam tunicam a te novam afferentes, quam te aiebant fecisse, quo hiemis tempore uterer. Ego vero etsi quod tibi curæ sim probem, tamen quod adhuc rudis es neque philosophiæ a me tibi commendatæ operam das, vitupero. Quare revertere nunc demum, si

μέλει καὶ οὐ καλλωπίζη ἐπὶ τούτῳ, καὶ σπούδαζε δι' αἰετούμησας ἡμῖν συνελθεῖν πρὸς γάμον ταῦτα πράττειν, ταλασίας δὲ τὰς μικρὰς ὠφελείας ἕα ποιεῖν ταῖς ἄλλαις γυναιξίν, αἱ μηδενὸς τῶν αὐτῶν σοὶ ὠρέθησαν.

λγ'. Τῆ αὐτῆ.

Ἐπυθόμην σε ἀποτεκεῖν καὶ εὐμαρῶς σὺ μὲν γὰρ οὐδὲν ἡμῖν ἐδήλωσας. χάρις δὲ θεῷ καὶ σοί. πέπεισαι ἄρα ὅτι τὸ πονεῖν αἰτιὸν ἔστι τοῦ μὴ πονεῖν· οὐδὲ γὰρ ἂν ὦδὲ γ' εὐμαρῶς ἀπέτεκες, εἰ μὴ χύουσα ἐπόνεις ὡσπερ οἱ ἀγωνισταί. ἀλλ' αἱ πολλαὶ γυναῖκες, ἐπειδὴν κύωσι, θρύπτονται· ἐπειδὴν δὲ ἀποτέκωσιν, αἷς δ' ἂν συμβῆ περισυθῆναι, νοσερὰ τὰ βρέφη γεννῶνται. ἀλλ' ἐπιδείξασα, εἰ ὅπερ ἐγρῆν ἤκειν ἀφίχται, μελέτω σοὶ τούτου τοῦ σκυλακίου ἡμῶν· μελήσει δὲ, ἐὰν ἀσφαλῶς σαυτῆ παραπλησίως ἐπεισέλθῃς. * (2) ἔστω οὖν λουτρὸν μὲν ψυχρὸν, σπάργανα δὲ τρίβων, τροφή δὲ γάλακτος ὅσον γε μὴ ἐς κόρον, βρυκαλήσεις δὲ ἐν ὄστρακίῳ χελώνης· τοῦτο γὰρ φασὶ καὶ πρὸς νοσήματα παιδικὰ διαφέρειν. ἐπειδὴν δὲ ἐς τὸ λαλεῖν ἢ περιπατεῖν ἔλθῃ, κοσμήσασα αὐτὸ μὴ ξίφει, ὡσπερ ἡ Αἰθρα τὸν Θησέα, ἀλλὰ βακτηρίᾳ καὶ τρίβωνι καὶ πήρᾳ, τοῖς μᾶλλον δυναμένοις φυλάττειν ἀνθρώπους ξιφῶν, πέμπε Ἀθήναζε. τὰ δ' ἄλλα ἡμῖν μελήσει πελαργὸν ἐς τὸ γῆρας ἑαυτῶν ἀντὶ κυνὸς θρέψαι.

ιδ'. Μητροκλεῖ.

Ἴσθι με συμφορᾷ χερῆσθαι πυθόμενον Διογένει, ἐς ληστρικὰ ἀλῶναι, καὶ εἰ μὴ τις τῶν αἰγματοπῶν λυτρωθεὶς ἦλθεν Ἀθήναζε, ἔτι ἂν ἦν καὶ νῦν ἐν τοῖς ὁμοίοις. νῦν δ' ἀφικόμενος οὗτος ἰάσατό με, διηγησάμενος ὡς « ἤνεγκε τὴν συμφορὰν πρῶτως, ὥστε ποτὲ καὶ εἶπε τοῖς λησταῖς ὀλιγοροῦσιν ἡμῶν, « ὦ οὔτοι, τί δήποτε; εἰ μὲν σὺς ἤγετε εἰς ἐμπορίαν, ἐπεμελεῖσθε ἂν αὐτῶν, ἵνα ὑμῖν πλεῖον ἀργύριον πωλούμενοι ἐνεγκωσιν· ἡμῶν δὲ, οὓς καὶ αὐτοὺς μέλλετε ὡσπερ σὺς πιπράσκειν, καταμελεῖτε. (2) ἢ οὐ δοκεῖτε καὶ ἡμᾶς πλεῖον εὐρίσκειν, ἐὰν παγεῖς ὀρώμεθα, ἔλαττον δὲ ἐὰν λεπτοί; ἐπεὶ ἄνθρωποι οὐκ ἐσθίουται, οὐκ οἴεσθε δεῖν καὶ ἀνθρώπων ἐπιμελεῖσθαι ὦδε; ἀλλ' ἴστε γε ὡς πάντες οἱ ἀγοράζοντες τὰ ἀνδράποδα εἰς ἐν τοῦτο βλέπουσιν, εἰ παχὺ τὸ σῶμα καὶ μέγα. ἐρῶ δὲ ὑμῖν καὶ αἰτίαν, ὅτι καὶ ἄνθρωπον διὰ τὴν τοῦ σώματος χρῆσαν ἀγοράζουσι καὶ οὐ τῆς ψυχῆς. » ἐξ ἐκείνου οἱ λησταὶ οὐκέτι ἡμέλουν ἡμῶν, ἐπὶ τούτῳ δὲ καὶ ἡμεῖς αὐτῷ χάριν ἐγινώσκομεν. (3) ὡς δὲ ἤκομεν ἐς τινα πόλιν, ἵνα ἠδυνάμεθα κέρμα γενέσθαι αὐτοῖς, προήγαγον ἡμᾶς ἐς ἀγορὰν, εἶτα ἡμεῖς μὲν ἐστῶτες ἐδάκρυομεν, ὁ δὲ ἄρτου ἐπιλαβόμενος ἤσθιε καὶ ἡμῖν προσώρεγεν. ἀπονευόντων δὲ ἡμῶν προσδέξασθαι ἔφη « καὶ γὰρ τ' ἠύχομος Νιόβη ἐμνήσατο σίτου. » καὶ τοῦτο μετὰ παιδιᾶς καὶ γέλωτος εἰπὼν « οὐ

tibi revera curæ est, neque ea inanem captas gloriam, atque age ut, quorum caussa nubere nobis voluisti, ea facias, ex lanificio vero lucri quid facere mulieribus relinque eis, quarum studia a tuis distant plurimum.

XXXIII. Eidem.

Audivi te et facile quidem peperisse : tu enim nihil nobis nuntiavisti. Gratias autem deo atque tibi. Itaque experta iam es, labore effici ut quis non laboret : neque enim tam facile peperisses, nisi gravis athletarum modo laborasses. Verum plurimæ feminae, postquam gravidæ factæ sunt, molitici sese dedunt, ubi autem partum edunt, infantes, si quibus ut vivos edant contingat, gignuntur imbecilli. Sed postquam indicaveris, num quod venire debebat venerit, cura hunc nostrum catulum : curabis autem si (2) Sit igitur lavatio frigida aqua, incunabula pallium, alimentum lactis quantum satis est. Movebis eum in testudinis testa positum : hoc enim infantium morbos aiunt prohiberi. Ubi vero eo venerit, ut lingua ac pedibus uti possit, ornatum eum non gladio, ut ab Æthra Theseum, verum baculo et pallio atque pera, quæ gladiis magis ad conservandos homines sunt idonea, Athenas mitte. Quod reliquum est, curabo, ut eum ad senectutem nosram colendam ciconiam disciplina mea pro catulo educem.

XXXIV. Metrocli.

Allato nuntio de Diogene capto a latronibus scias me afflictum fuisse graviter, et nisi quis captivorum redemptus Athenas venisset, in simili etiamnum essem luctu. Hic vero huc delatus me consolatus est narrans hæc. « Haud moleste ille casum tulit, immo latrones aliquando, quum nos negligenter, his verbis compellavit : « O viri, quid agitis? si sues ad mercatum deferretis, curaretis istos, quo plus argenti vobis reddant venditi, nos vero negligitis, quos et ipsos tanquam sues estis vendituri. (2) An non putatis nos quoque maiorem redditum relaturos esse, si pingues fuerimus ad spectu, vobis, minorem autem, si exiles? Quoniam homines non eduntur, censetis non pari modo et homines curandos esse? at scitis tamen, hoc solum omnes, qui mancipia emunt, spectare, an pingue corpus atque magnum sit. Cuius rei etiam rationem vobis dicam, nimirum quod hominem quoque emunt ob corporis usum et non ob animi. » Hinc latrones negligere nos desinebant, nosque illi habebamus gratiam. (3) Iam quum in urbem aliquam venissemus, ubi argentum eis fieri possemus, in forum nos producebant. Hic nos stahamus lacrimas fundentes, ille vero panem manducabat nobisque de eo offerebat, nobisque recusantibus « namque et pulchra Niohe » inquit « non est oblita ci-



παύσασθε » ἔφη « εἰρωνευόμενοι καὶ κλαίοντες ἐπὶ τῷ μέλλειν δουλεύειν, ὡς περ πρὶν ἀλῶναι εἰς τοὺς ληστὰς ἐλεύθεροι ὄντες καὶ οὐ δούλοι καὶ τῶν γε φαύλων δεσποτῶν; νυνὶ μὲν γὰρ κληρώσεσθε ἴσως δεσπότης μετρίου, οἱ ἐκκόψουσιν ὑμῶν τὴν τρυφήν, ὑφ' ἧς διεφθάρητε, ἐμποιήσουσι δὲ καρτερίαν καὶ ἐγκράτειαν, τὰ τιμιώτατα ἀγαθὰ. » (4) ταῦτα οὖν διεξιόντος οἱ ὠνηταὶ ἐστῶτες τῶν λόγων ἠκροῶντο καὶ αὐτὸν ἐθαύμαζον τῆς ἀπαθείας, τινὲς δὲ καὶ ἠρώτων εἴ τι ἐπίσταται. ὁ δὲ ἔλεγεν ἐπίστασθαι ἀνθρώπων ἄρχειν, « ὥστε εἴ τις ὑμῶν κυρίου δεῖται, συμφωνεῖτω προσῶν τοῖς πωληταῖς. » κακῆνοι ἀναγέλασαντες ἐπὶ τούτῳ « καὶ τίς » ἔφασαν « ἐστίν, ὃς ὦν ἐλεύθερος κυρίου δεῖται; » « πάντες » εἶπεν « οἱ φαῦλοι καὶ τιμῶντες μὲν ἡδονήν, ἀτιμάζοντες δὲ πόνον, τὰ μέγιστα τῶν κακῶν δελέατα. » (5) διὰ ταῦτα περιμάχηςτος ἐγένετο ὁ Διογένης καὶ οὐκέτι ἐπράθη, ἀλλ' οἱ λησταὶ καθελόντες αὐτὸν ἀπὸ τοῦ λίθου ἤγον οἴκαδε παρ' αὐτούς, ὑπισχνόμενοι, εἰ ἐπιδείξει τι αὐτοῖς ὦν πωλούμενος ἔλεγεν εἰδέναι, ἀφήσειν. » διὰ ταῦτα οὔτε αὐτὸς ἐπανελθὼν οἴκαδε τὸ λύτρον ἐπόρισα, οὔτε σοὶ ἐπέστελα πορίζειν. ἀλλὰ χαῖρε καὶ σύ, ὅτι ζῆ ἀλοὺς εἰς τὰ ληστρικά καὶ ὅτι ἂ μὴ ὑπὸ πολλῶν ἐπιστευέτο εἶναι ἐφάνη.

λε'. Ἀπερὶ εὐ πράττειν.

Τὸ μὲν σύντομον καὶ ἀρμοστὸν πρὸς πᾶσαν περίστασιν, ὃ τιμιώτατε ἄνερ, ὁ τῶν ἀρχαίων χρησμὸς ἔφησε τὰ ἀναγκαῖα μὴ φεύγειν· τὸν γὰρ φεύγοντα τὰ ἄφικτα ἀνάγκη δυστυχεῖν, καὶ τὸν ὀρεγόμενον τῶν ἀδυνάτων ἀνάγκη αὐτῶν ἀτυχεῖν. ἴσως μὲν οὖν δόξω σοὶ ἀκαιρότερος εἶναι καὶ σχολαστικώτερος. καὶ τοῦτο μὲν οὐκ ἀπολογοῦμαι· ὁμοῦ δέ, εἰ δοκεῖ, ἐμοῦ μὲν καταγίνωσκε, πρόσεχε δὲ τοῖς ἀρχαίοις. ἐγὼ γὰρ ἀπ' ἐμαυτοῦ τεχμαίρομαι, ὅτι τότε θλιβόμεθα ἀνθρώποι, ὅταν ἀπερίστατον βίον ζῆν ἐθέλωμεν. (2) τοῦτο δὲ ἐστὶ τῶν ἀμυγᾶνων ἀνάγκη μὲν γὰρ ζῆν μετὰ σώματος, ἀνάγκη δὲ καὶ μετ' ἀνθρώπων, αἱ δὲ πλεῖται περιστάσεις γίνονται ἐκ τε τῆς ἀνοίας τῶν συμβιούτων καὶ πάλιν ἐκ τοῦ σώματος. ἐὰν μὲν οὖν ἐπιστήμων τις ἐν τούτοις ἀναστρέφεται, οὗτός ἐστιν ἄλυπος καὶ ἀτάραχος, ὁ μακάριος ἀνὴρ· ἐὰν δὲ καὶ ταῦτα ἀγνοῇ, οὐ μήποτε παύσεται αἰωρούμενος κεναῖς ἐλπίσι καὶ ἐπιθυμίαις συνεχόμενος. σὺ οὖν, εἰ μὲν ἀρέσκη τῷ τῶν πολλῶν βίῳ, ἐκείνοις συμβούλοις χρῶ, καὶ γὰρ εἰσι τετριμμένοι μᾶλλον ἐν τούτοις· εἰ δὲ σε ὁ Σωκράτους καὶ Διογένης ἀρέσκει βίος, τὰ τῶν τραγωδῶν ἄλλοις παρὲς σαυτὸν ἐπάνηκε ἐπὶ τὸν ἐκείνων ζῆλον.

λς'. Δεινομάχῳ.

Οὐ μόνον τῶν αἰτούντων Διογένης ἀπεφάνετο ἀργυρικὸν τὸ πτωχικὸν τὸ κυνικόν, ἀλλὰ καὶ τῶν διδόν-


bum capere. » Hisque cum ioco atque risu dictis verba hæc adiecit : « Non desinetis per simulationem lamentari, quod servi futuri sitis, quasi, antequam latronum in manus venistis, liberi fueritis nec vero servi et quidem improborum dominorum? nunc enim probos fortasse dominos nanciscemini, qui mollitiem e vobis, quæ vos pessumdedit, expellent, ac tolerantia vos et temperantia, bonis pretiosissimis, impertient. » (4) Hæc igitur narrantem auditores circumstantes auscultabant, ipsumque ob animi æquitatem admirabantur, nonnulli etiam si quid nosset rogabant; ille vero respondit, nosse se hominibus imperare « ut si quis vestrum domino indigeat, is transigat cum venditoribus. » Tum illi videntes « at quis est, » aiebant « qui, liber quum sit, domino indigeat? » « Omnes » respondit « mali, quique colunt voluptatem, laborem autem despiciunt, quæ maximæ sunt vitiorum illecebæ. » (5) Hinc magnum sui Diogenes movit desiderium, non tamen amplius vendendus prostitit, sed remotum de lapide latrones domum ducebant, libertatem ei promittentes, si quid ipsis impertiret eorum, quæ, quum prostarret, scire se professus esset. » Hanc ob causam neque ipse domum reversus pretium ad eum redimendum acquisivi, neque tibi ut acquirereres scripsi. Sed lætare tu quoque, quod vivit captus a latronibus, quodque quæ non apud omnes fidem inveniebant evenere.

XXXV. S.

Breve et congruens omnibus rerum vicissitudinibus præceptum, vir æstimatissime, nonne veterum oraculum hoc edixit, non esse necessaria fugienda? nam inevitabilia qui fugit, fieri non potest quin in miseriam incidat, quique quæ fieri nequeunt appetit, is sine excidat necesse est. Fortasse videor tibi esse importunus nimis et umbraticus, neque ab hoc me defendam crimine : itaque damna me, si placet, dummodo antiquis advertas animum. Ego enim ex me ipso coniecturam facio, tum nos angustiis premi homines, quum vitam volumus vivere rerum vicissitudinibus superiorem. (2) Hoc autem ex eis est quæ fieri nequeunt : necesse est enim vivere corpore præditum, necesse item cum hominibus vivere, plurimæ autem ex eorum, qui nobiscum vivunt, insania et rursus ex corpore nascuntur vicissitudines. Si quis igitur in his versetur sapiens, hic est omni ægritudine vacuus, hic nullo turbatus affectu, hic vir beatus : si vero et hæc ignoret, nunquam non erit suspensus vanis expectationibus et cupiditalibus constrictus. Quare si tibi placet vulgari hominum vita, his utere consilii adiutoribus, quoniam magis in istis sunt versati : sin vero Socratis atque Diogenes vita placet, relicto aliis tragico apparatu te ipsum confer ad illorum imitationem.

XXXVI. Dinomacho.

Non modo eorum qui argentum peterent mendicitatem cynicam Diogenes declaravit, verum eorum etiam, qui



των τὸ ἐλεγκτικὸν τὸ σπουδαῖον. ὥστε τοῦτο εἰδὼς
μὴ πάντα προσίῃν αἶτει, οὐ γὰρ λήψη, μόνον δὲ
τὸν σπουδαῖον. τοῦτον γὰρ καὶ λέγομεν εὐδαίμονα
ἀκούειν, τῶν δ' ἄλλων οὐδένα.

darent, misericordiam sapientiam. Quod quum scias,
non ab omnibus pete, non enim accipies, sed a solo sa-
piente. Hunc enim et beatum dicimus, reliquorum vero
nullum.



ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΤΟΥ ΦΑΛΗΡΕΩΣ.

DEMETRII PHALEREI.

Πρὸς Πτολεμαῖον τὸν Αἰγυπτίων βασιλέα Ἐπιστολή.

Βασιλεῖ μεγάλῳ παρὰ Δημητρίου. Προστάξαντος σοῦ, ὦ βασιλεῦ, περὶ τε τῶν ἔτι λειπόντων εἰς ἀναπλήρωσιν τῆς βιβλιοθήκης συγγραμμάτων, ὅπως σύναχθῆ, καὶ περὶ τῶν διαπεπτωκότων ὅπως τῆς δεούσης ἐπιμελείας τύχη, πάσῃ κεκρημένος περὶ ταῦτα σπουδῇ δηλῶ σοι τὰ τῆς Ἰουδαίων νομοθεσίας βιβλία λείπειν ἡμῖν σὺν ἑτέροις. χαρακτηῖρσι γὰρ Ἑβραϊκοῖς γεγραμμένα καὶ φωνῇ τῇ ἑθνικῇ ἐστὶν ἡμῖν ἀσαφῆ. συμβέβηκε δ' αὐτὰ καὶ ἀμελέστερον ἢ ἔδει σεσημάνηαι διὰ τὸ βασιλικῆς οὐπω τετυχηέναι προνοίας. ἔστι δὲ ἀναγκαῖον εἶναι καὶ ταῦτα παρὰ σοὶ διηκριβωμένα· φιλοσοφωτέραν γὰρ καὶ ἀκέραιον τὴν νομοθεσίαν εἶναι συμβέβηκεν ὡς ἂν οὔσαν θεοῦ. διὸ καὶ τοὺς ποιητὰς αὐτῆς καὶ συγγραφεῖς τῶν ἱστοριῶν οὐκ ἐπιμνησθῆναί φησιν Ἑκαταῖος ὁ Ἀθηναῖος, οὐδὲ τῶν κατ' αὐτὴν πολιτευσαμένων ἀνδρῶν, ὡς ἀγνῆς οὔσης καὶ μὴ δέον αὐτὴν βεβήλοις στόμασι διασαφεῖσθαι. ἐὰν οὖν σοὶ δοκῆ, βασιλεῦ, γράψεις τῶ τῶν Ἰουδαίων ἀρχιερεῖ ὅπως ἀποστείλῃ τῶν πρεσβυτέρων ἕξ ἀφ' ἑκάστης φυλῆς τοὺς ἐμπειροτάτους τῶν νόμων, παρ' ὧν τὸ τῶν βιβλίων σαφές καὶ σύμφωνον ἐκμαθόντες καὶ τὸ κατὰ τὴν ἑρμηνείαν ἀκριβῆς λαβόντες τῶν πραγμάτων ἀξίως ταῦτα τῆς σῆς προαιρέσεως συναγάγωμεν.

Ad Ptolemæum Ægyptiorum regem Epistola.

Regi magno Demetrius. Quod mihi mandavisti, o rex, ut qui ad bibliothecæ complementum decissent, ii per me libri congererentur, atque eorum qui dilaberentur debita cura haberetur, summa hac in re diligentia defunctus significo tibi libros legislationis Iudæorum a nobis desiderari cum aliis. Nam quum Hebraicis litteris et patria ipsorum lingua scripti sint, intelligi a nobis non possunt. Contigit autem et ipsos negligentius quam oportebat notatos esse, quod nondum regia eis cura consuluerit. Oportet ideo ut istos etiam ad amussim exactos penes te habeas: scilicet sapientiæ integritatisque plena, ut a deo profecta, hæc est legislatio. Quare nec poetæ nec historiarum scriptores Hecataeo teste Abderita eius meminerunt, adeoque nec hominum illorum, qui ex eius præceptis vitam instituerunt, quod sacra esset et profano ore exponi non oporteret. Quamobrem, si ita tibi visum fuerit, o rex, scribes ad Iudæorum pontificem, ut ad te mittat seniores senos ex singulis tribubus legum peritissimos, a quibus postquam librorum illorum apertum et consonum sensum intellexerimus et accuratam acceperimus rerum interpretationem, hæc ut tuo desiderio dignum est colligamus.



ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

DEMOSTHENIS EPISTOLÆ.

α'.

Παντός ἀρχομένου σπουδαίου καὶ λόγου καὶ ἔργου ἀπὸ τῶν θεῶν ὑπολαμβάνω προσήκειν πρῶτον ἀρχεσθαι. εὐχομαι δὴ τοῖς θεοῖς πᾶσι καὶ πάσαις, ὃ τι τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων ἀριστόν ἐστι καὶ τοῖς εὐνοοῦσι τῷ δήμῳ καὶ νῦν καὶ ἐς τὸν ἔπειτα χρόνον, τοῦτ' ἐμοὶ μὲν ἐπὶ νοῦν ἔλθειν γράφαι, τοῖς δ' ἐκκλησιάσασιν Ἀθηναίων ἐλέσθαι. εὐξάμενος δὲ ταῦτα, τῆς ἀγαθῆς ἐπινοίας ἐλπίδα ἔχων παρὰ τῶν θεῶν, τάδ' ἐπιτέλλω.

Δημοσθένης τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ χαίρειν.

(2) Περὶ μὲν τῆς ἐμῆς οἴκαδε ἀφιξέως αἰεὶ νομίζω πᾶσιν ὑμῖν ἔσεσθαι βουλευσασθαι, διόπερ νῦν οὐδὲν περὶ αὐτῆς γέγραφα· τὸν δὲ παρόντα καιρὸν ὄρων ἐλομένων μὲν ὑμῶν τὰ δέοντα ἅμα δόξαν καὶ σωτηρίαν καὶ ἐλευθερίαν δυνάμενον κτήσασθαι οὐ μόνον ὑμῖν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἄπασιν Ἑλλησιν, ἀγνοησάντων δὲ ἢ παρακρουσθέντων οὐ ῥᾶδιον αὐθις τὸν αὐτὸν ἀναλαβεῖν, ἢ ἴθις γρηῃναι τὴν ἐμαυτοῦ γνώμην ὡς ἔχω περὶ τούτων εἰς μέσον θείναι. (3) ἔστι μὲν οὖν ἔργον ἐξ ἐπιστολῆς ἐμμεῖναι συμβουλή· πολλοῖς γὰρ εἰώθατε ἀπαντᾶν ὑμεῖς πρὸ τοῦ περιμεῖναι πάντα μαθεῖν. λέγοντι μὲν οὖν ἔστιν αἰσθῆσθαι τί βούλεσθε καὶ διορθώσασθαι τὰ γινούμενα ῥᾶδιον· τὸ δὲ βιβλίον οὐδεμίαν ἔχει βοήθειαν τοιαύτην πρὸς τοὺς θορυβῶντας. οὐ μὴν ἄλλ' ἐὰν ἐβελήσῃτε ἀκοῦσαι σιγῇ καὶ περιμεῖνητε πάντα μαθεῖν, οἶμαι, ὡς σὺν θεοῖς εἰρήσθαι, καίπερ βραχέων τῶν γεγραμμένων ὄντων, αὐτὸς τε φανήσεσθαι μετὰ πάσης εὐνοίας τὰ δέοντα περὶ ὑμῶν πράττων καὶ τὰ συμφέρονθ' ὑμῖν ἐμφανῆ δείξειν. (4) οὐ γὰρ ὡς ἀπορούντων δὲ ὑμῶν ῥητόρων, οὐδὲ τῶν ἀνευ λογιζομένου ῥᾶδιως ὅ τι ἂν τύχῃσιν ἐρούντων, ἔδοξέ μοι τὴν ἐπιστολὴν πέμπειν· ἀλλ' ὅσα τυγχάνω δι' ἐμπειρίαν καὶ τὸ παρηκολουθηκέναι τοῖς πράγμασιν εἰδώς, ταῦτ' ἐβουλήθην τοῖς μὲν προαιρουμένοις λέγειν ἐμφανῆ ποιήσας ἀφρόνους ἀφορμὰς ὧν ὑπολαμβάνω συμφέρειν ὑμῖν δοῦναι, τοῖς δὲ πολλοῖς ῥαδίαν τὴν τῶν βελτίστων ἀφρεσιν καταστῆσαι. ὧν μὲν οὖν ἕνεκα ἐπὶ ἄλλοι μοι τὴν ἐπιστολὴν γράφειν, ταῦτ' ἐστὶ.

(5) Δεῖ δ' ὑμᾶς, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πρῶτον μὲν ἀπάντων πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς ὁμόνοιαν εἰς τὸ κοινῇ συμ-

I.

Omnis et dicti et facti gravioris principia ducenda mihi videntur a diis immortalibus. Precor igitur deos deasque omnes, ut, quod Atheniensi populo utilissimum est et populo bene cupientibus, id et nunc et posthac mihi veniat in mentem scribere, et Atheniensium concioni decernere. Hæc precatus cum spe mihi divinitus aliquid bonum venisse in mentem, sic scribo.

Demosthenes Senatui Populoque S.

(2) Quod de meo in patriam reditu semper omnibus vobis deliberandi copiam fore puto, nunc de eo nihil scripsi; cum vero videam hoc nunc esse tempus quo vos, si recta consilia sequamini, simul et gloriam et salutem et libertatem adipisci possitis, non modo vobis, sed et reliquis universis Græcis, sin erraveritis deceptive fueritis, non facile posse eandem occasionem recuperari, duxi meam quam de hisce habeo opinionem in medium esse proferendam. (3) Difficile quidem est per litteras pertextere consilium; multa enim vos ante rem cognitam soletis interpellare. Ac dicenti facile est quid velitis animadvertere quodque ignoratur recte explicare, libello autem nullum tale adiumentum suppetit contra tumultuantes. Si tamen audire voletis cum silentio, et expectabitis, dum rem omnem cognoveritis, spero diis propitiis, quamquam breves hæc literæ sunt, fore ut appareat, memet optimo studio ea conari pro vobis quæ deceant, et quæ vobis expediant, perspicue declaraturum. (4) Neque vero eo consilio hæc ad vos dedi litteras, quasi vobis desint oratores aliive, qui impræmeditati, quidquid in mentem inciderit, dicant, sed quæ per experientiam et ut in gerendis rebus versatus habeo cognita, iis expositis dicendi in publico studiosis uberem eorum quæ esse putem e republica materiam suppeditare et optimorum consiliorum delectum facilem reddere volui. Ac cur hanc epistolam scribere instituerim, hæc sunt.

(5) Primum omnium, Athenienses, vos concordēs esse propter communem civitatis utilitatem oportet, ortasque



φέρων τῆ πόλει παρασχέσθαι καὶ τὰς ἐκ τῶν πρότερον ἐκκλησιῶν ἀμφισβητήσεις ἔασαι, δεύτερον δὲ πάντας ἐκ μιᾶς γνώμης τοῖς δόξασι προθύμως συναγωνίζεσθαι ὡς τὸ μηδὲ ἐν ἀπλῶς πράττειν οὐ μόνον ἐστὶν ἀνάξιον ὑμῶν καὶ ἀγεννές, ἀλλὰ καὶ τοὺς μεγίστους κινδύνους ἔχει. (6) δεῖ δὲ μηδὲ ταῦτα λαθεῖν ὑμᾶς, ἀ καθ' αὐτὰ μὲν οὐκ ἐστὶν αὐτάρκη κατασχεῖν πράγματα, προστεθέντα δὲ ταῖς δυνάμεσι πολλῶν πάντ' εὐκατεργαστότερα ὑμῖν ποιήσει. τίνα οὖν ἐστὶ ταῦτα; μήτε πόλει μηδεμιᾶ μήτε τῶν ἐν ἐκάστη τῶν πόλεων συνηγωνισμένων τοῖς καθεστηκόσι μηδενὶ μήτε πικραίνεσθαι μήτε μνησικαχεῖν. (7) ὁ γὰρ τοιοῦτος φόβος τοὺς συνειδότας αὐτοῖς, ὡς ἀναγκαίους τοῖς συνεστηκόσι, κίνδυνον ἔχουσι πρόδηλον προθύμως συναγωνιστάς ποιεῖ, ἀφελόντες δὲ τοῦ δέους τούτου πάντες ἡπιώτεροι γενήσονται. τοῦτο δὲ οὐ μικρὰν ὠφέλειαν ἔχει. κατὰ μὲν δὴ πόλεις τὰ τοιαῦτα εὐήθεις προλέγειν, μᾶλλον δ' οὐδ' ἐν δυνατῶν ὡς δ' ἂν ὑμῖν αὐτοῖς ὀφθῆτε χρώμενοι, τοιαύτην καὶ κατὰ τῶν ἄλλων προσδοκίαν παραστήσετε ἐκάστοις. (8) φημὶ δὲ χρῆναι μήτε στρατηγῶν μήτε ῥήτορι μήτ' ἰδιώτῃ μηδενὶ τῶν τὰ πρὸ τοῦ γε δοκούντων συνηγωνίσθαι τοῖς καθεστηκόσι μήτε μέμφεσθαι μήτ' ἐπιτιμᾶν μηδένα μηδὲν ὅλως, ἀλλὰ συγχωρῆσαι πᾶσι τοῖς ἐν τῇ πόλει πεπολιτεῦσθαι τὰ δέοντα, ἐπειδὴ περ οἱ θεοί, καλῶς ποιῶντες, σώσαντες τὴν πόλιν ἀποδεδώκασιν ὑμῖν ὅ τι ἂν βούλησθε ἐξ ἀρχῆς βουλευσασθαι, καὶ νομίζειν ὡσπερ ἂν ἐν πλοίῳ τῶν μὲν ἰστίῳ τῶν δὲ κώπαις ἀποφαινομένων κομίζεσθαι, λέγεσθαι μὲν ὑπ' ἀμφοτέρων ἅπαντα ἐπὶ σωτηρίᾳ, γεγενῆσθαι δὲ τὴν χρεῖαν πρὸς τὰ συμβάντα ἀπὸ τῶν θεῶν. (9) ἐὰν τοῦτον τὸν τρόπον περὶ τῶν παρεληλυθότων ἐγνωκότες ᾗτε, καὶ πιστοὶ πᾶσι γενήσεσθε, καὶ καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἔργα πράξετε, καὶ τὰ πράγματα ὠφελήσετε οὐ μικρῶς, καὶ τοὺς ἐναντιωθέντας ἐν ταῖς πόλεσιν ἢ μεταγνῶναι ποιήσετε πάντας, ἢ κομιδῇ τινὰς αὐτοὺς τοὺς αἰτίους καταλειφθῆναι. μεγαλοψύχως τοίνυν καὶ πολιτικῶς τὰ κοινῇ συμφέροντα πράττετε, καὶ τῶν ἰδίων μέμνησθε. (10) παρακαλῶ δ' εἰς ταῦτα οὐ τυχῶν αὐτὸς τῆς τοιαύτης φιλανθρωπίας παρ' ἐνίων, ἀλλὰ ἀδίκως καὶ στασιαστικῶς εἰς τὴν ἑτέρων χάριν προποθείς. ἀλλ' οὔτε τὴν ἰδίαν ὀργὴν ἀναπληρῶν τὸ κοινῇ συμφέρον οἶμαι δεῖν βλάπτειν, οὔτε μίγνυμι τῆς ἰδίας ἔχθρας εἰς τὰ κοινῇ συμφέροντα οὐδέν, ἀλλ' ἐφ' ἃ τοὺς ἄλλους παρακαλῶ, ταῦτα αὐτὸς εἶμαι δεῖν πρῶτος ποιεῖν.

(11) Αἱ μὲν οὖν παρασκευαί καὶ ἃ δεῖ φυλάξασθαι, καὶ ἃ πράττων τις ἂν κατ' ἀνθρώπινον λογισμὸν μάλιστα κατορθοίη, σχεδὸν εἴρηται μοι τοῖς δὲ καθ' ἡμέραν ἐπιστατῆσαι, καὶ τοῖς ἐκ τοῦ παραχρῆμα συμβαίνουσιν ὀρθῶς χρῆσθαι, καὶ γνῶναι τὸν ἐκάστου καιρὸν καὶ κρίναι (12) τί τῶν πραγμάτων ἐξ ὁμιλίας δυνατὸν προσαγαγέσθαι καὶ τί βίας προσδεῖται, τῶν ἐφεστηκότων στρατηγῶν ἔργον ἐστί. διὸ καὶ χαλεπωτάτην

in prioribus conventibus missas facere dissensiones; deinde consentientibus animis omnes alacriterque quidquid decretum fuerit adiuuare. Nihil enim constanter simpliciterque agere non modo est indignum vobis et animi parum generosi, sed summo etiam cum periculo coniunctum. (6) Iam nec illud vobis ignorandum est, ea quæ per se ad statum rerum vestrarum tuendum satis non sunt, si ad reliquas copias adiungantur, effectura, ut multo facilius omnia consequamini. Quæ igitur illa sunt? Neque civitati ulli, neque ullis viris, qui cuiusque urbis vetera instituta defenderunt, irascendum est; sed delenda potius ex animis memoria iniuriarum. (7) Nam istiusmodi metus efficit, uti qui se fœderatis in manifesto periculo versantibus necessarios esse sciunt, opem iisdem promptissime ferant: qui metu isto liberati omnes fient mitiores; in quo non parva est utilitas. At oppidatim proclamare talia stultum fuerit; imo ne fieri quidem id potest. Sed prout vos cum vobis ipsis egisse viderint, ita efficietis ut quisque cum ceteris etiam actum iri exspectet. (8) Proinde censeo, neque civitatem neque ducem neque oratorem neque plebeium quemquam, eorum qui antehac eum defendisse statum qui tum fuit visi sunt, a quoquam ullo modo vel taxandum vel obiurgandum, sed concedendum esse hoc, omnes cives ea egisse, quæ oportuerit, postquam benignitate deum conservata republica vobis licitum est de integro vestro arbitratu deliberare: et cogitandum, quemadmodum in navi, cum hi velificatione, illi remigatione utendum censent, dici ab utrisque omnia propter salutem tuendam prælatum vero esse consilium, quod cum deorum voluntate congruerit. (9) Quod si de præteritis ad hunc modum statueritis, et fidem invenietis apud omnes, et officio bonorum virorum fungemini, et res vestras non parum erigetis; et eos, qui in urbibus adversati vobis fuerunt, eo redigetis, ut aut consilia mutent omnes, aut omnino aliqui esse in culpa ipsi videantur. Quæ igitur e republica sunt, ea magnis animis et civiliter administrate et privatarum rerum recordamini. (10) Atque hæc eo moneo non eandem humanitatem expertus apud nonnullos, sed per iniuriam et seditionem in aliorum gratiam quasi propinatus. Verum nec privatæ explendæ iracundiæ gratia reipublicæ commodis nocendum puto, neque ullam privati odii partem publicis utilitatibus admisceo, sed ad quæ alios adhortor, ea mihi primo esse facienda censeo.

(11) Quæ igitur præparanda quæque cavenda sunt et quibus agendis (quantum quidem humano consilio provideri potest) prosperrimo uti successu posse videamini, fere a me est explicatum. Quotidianis autem negotiis præesse et casibus subitis recte uti et cuiusque rei intelligere occasiones, et iudicare (12) quæ res benignitate verborum obtineri possint, quæ item vel extorquendæ sint, ducum



τάξιν ἔχει τὸ συμβουλευεῖν· τὰ γὰρ ὀρθῶς βουλευθέντα καὶ δοκιμασθέντα σὺν πολλῇ σπουδῇ καὶ πόνῳ πολλάκις τῷ τοῦς ἐπιστάντας ἄλλως χρήσασθαι διελυμάνθη. (13) νῦν μέντοι πάνθ' ἔξιν καλῶς ἐλπίζω. καὶ γὰρ εἴ τις ὑπέλιπεν εὐτυχῆ τὸν Ἀλέξανδρον τῶ πάντα κατορθοῦν, ἐκείνο λογισάσθω ὅτι πράττων καὶ πονῶν καὶ τολμῶν, οὐχὶ καθήμενος ἠτύχει. νῦν τοίνυν τεθνεώτος ἐκείνου ζητεῖ τινὰς ἢ τύχη, μεθ' ὧν ἔσται· (14) τούτους δὲ ὑμᾶς δεῖ γενέσθαι. τοῦς τε ἡγεμόνας, δι' ὧν ἀνάγκη τὰ πράγματα πράττεσθαι, ὡς εὐνουστάτους ἐπὶ τὰς δυνάμεις ἐρίστατε, καὶ ὅ τι ποιῶν αὐτὸς ἕκαστος ὑμῶν δυνήσεται καὶ βουλήσεται, τοῦτο πρὸς αὐτὸν εἰπάτω καὶ ὑποσχέσθω. καὶ τοῦθ' ὅπως μὴ ψεύσεται, μηδ' ἐξηπατηῆσθαι μηδὲ πεισθῆναι παρακρουσθεὶς φήσας ἀναδύσεται. (15) ὡς τὴν ἐνδειαν ὧν ἂν ἐλλείπῃθ' ὑμεῖς οὐχ εὐρήσετε τοῦς ἀναπληρῶσοντας· οὐδὲ τὸν αὐτὸν ἔχει κίνδυνον, περὶ ὧν ἐφ' ὑμῖν ἔστιν ὅπως ἂν βούλησθε πράξαι μεταβουλεύεσθαι πολλάκις, καὶ περὶ ὧν ἂν ἐνστῇ πόλεμος· ἀλλὰ ἢ περὶ τούτων μεταγνώσις ἤτις τῆς προκίρσεως γίνεται. μὴ δὴ ποιήσητε τοιοῦτο μηδὲν, ἀλλ' ὅ τι πράττετε γενναίως καὶ ἐτοιμῶς ταῖς ψυχαῖς, τοῦτο χειροτονεῖτε, (16) κἂν ἅπαξ ψηφίσσητε, τὸν Δία τὸν Δωδωναῖον καὶ τοῦς ἄλλους θεοῦς, οἱ πολλὰς καὶ καλὰς καὶ ἀγαθὰς καὶ ἀληθεῖς ὑμῖν μαντείας ἀνῆρήκασιν, ἡγεμόνας ποιησάμενοι καὶ παρακαλέσαντες, καὶ κατὰ τῶν νικητηρίων ἅπασιν αὐτοῖς εὐξάμενοι, μετὰ τῆς ἀγαθῆς τύχης ἐλευθεροῦτε τοῦς Ἑλληνας. εὐτυχεῖτε.


β'. Δημοσθένης τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ χαίρειν.

Ἐνόμιζον μὲν ἀπ' ὧν ἐπολιτεύομην οὐχ ὅπως μηδὲν ὑμᾶς ἀδικῶν τοιαῦτα πείσεσθαι, ἀλλὰ καὶ μέτρια ἂν ἐξαμαρτῶν συγγνώμης τεύξεσθαι. ἐπειδὴ δὲ οὗτοι γέγονεν, ἕως μὲν ἑώρων ὑμᾶς, οὐδεμιᾶς ἀποδείξεως φανεράς οὐδ' ἐλέγχου γιγνομένου παρὰ τῆς βουλῆς, πρὸς τὰ ταύτης ἀπόρρητα καταψηφισομένους, ἀπάντων οὐδὲν ἐλάττω παραχωρεῖν ὑμᾶς ἡγούμενος ἢ ἐμαυτὸν ἀποστερεῖσθαι, στέργειν ἡγούμεν· τὸ γὰρ οἷς ἂν ἡ βουλή φήσῃ τοῦς δωμοκράτας δικαστὰς προτίθεσθαι, μηδεμιᾶς ἀποδείξεως βῆθεις, τῆς πολιτείας παραχωρεῖν ἦν. (2) ἐπειδὴ δὲ καλῶς ποιῶντες ἤσθησθε τὴν δυναστείαν ἣν τινες τῶν ἐν τῇ βουλῇ κατεσκευάζοντο ἑαυτοῖς, καὶ πρὸς τὰς ἀποδείξεις τοῦς ἀγῶνας κρίνετε, τὰ δ' ἀπόρρητα τούτων ἐπιτιμῆσεως ἄξια ἠύρῃκατε, σῆμαι δεῖν, ἔαν καὶ ὑμῖν βουλομένοις ἦ, τῆς ὑμοῖς τυχεῖν σωτηρίας τοῖς τῶν ὑμῶν αἰτιῶν τετυγηκόσι, καὶ μὴ μόνος δι' αἰτίαν ψευδῆ τῆς πατρίδος καὶ τῶν ὄντων καὶ τῆς τῶν οἰκειοτάτων συνθηθείας ἀποστερηθῆναι. (3) εἰκότως δ' ἂν ὑμῖν, ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μέλοι τῆς ἐμῆς σωτηρίας, οὐ μόνον κατὰ τοῦτο ὅτι οὐδὲν ὑμᾶς ἀδικῶν δεινὰ πέπονθα, ἀλλὰ καὶ τῆς παρὰ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ἕνεκ' εὐδοξίας. μὴ γάρ, εἰ

officium est, quo rebus administrandis sunt præfecti. Qua etiam de causa durissima est dicendæ in concilio sententiæ provincia. Nam recte consulta et magno studio laboreque probata sæpe propterea corrumpuntur. (13) Nunc tamen bene successura esse omnia spero. Nam si quis Alexandrum eo fortunatum putat, quod ei prospere successerunt omnia, is illud reputet, eum agendo et laborando et audendo, non desidendo fuisse fortunatum. Posteaquam igitur nunc mortuus est, fortuna quærit aliquos quibus adsit: (14) ii vos esse debetis. Et duces, per quos geri necesse est, quam benevolentissimos copiis præfícite. Quodque unusquisque vestrum facere poterit et volet, id ad se ipsum dicat et promittat; caveatque ne fallat, neve tergiversandi gratia sibi data esse verba, non persuasum esse causetur. (15) Quicquid enim vos neglexeritis, id qui recarciat neminem invenietis. Neque idem periculum est in iis rebus, quas tum cum voletis agere licebit, consilia sæpe mutare, et in iis, propter quas bellum erit gerendum. Sed in huiusmodi rebus sententiæ mutatio non est aliud, quam consilii et instituti clades. Ne vero tale quippiam committatis, sed quidquid acturi estis, id generosis et paratis animis decernite. (16) et ubi semel decreveritis, ductu et auspiciis tum Dodonæi Iovis tum reliquorum deorum, qui multa vobis et præclara et bona et vera oracula reddiderunt, illorumque ope implorata votisque pro victoria iis omnibus nuncupatis, adiutrice fortuna propitia libertatem Græcis restituite.

II. Demosthenes Senatui Populoque S.

Existimabam pro meis in rempublicam meritis me non modo insonsem non ita tractatum iri, sed mediocrium etiam peccatorum si quam forte culpam contraxissem, veniam impetraturum. Postquam vero ita accidit, dum videbam a vobis nullis criminibus per senatum aperte demonstratis et probatis ex istorum arcanis consiliis condemnari omnes, non minus vos de vestro iure concedere, quam me fraudari existimans, ferendum æquo esse animo putavi: nam iis assentiri iuratos iudices, quæ senatus sine ulla probatione affirmavit, de reipublicæ iure concedere fuit. (2) Quia vero iam pro vestra prudentia eum principatum, quem in senatu quidam sibi parare conabantur, animadvertistis et in iudicandis causis argumenta spectastis, istorumque arcana digna esse reprehensione deprehendistis, decere censeo (si quidem id vestra etiam voluntas feret) me quoque ita restitui in integrum, ut ii restituti sunt, qui in simili crimine fuerunt, ne solus ego falsum ob crimen patria, fortunis et coniunctissimorum consuetudine caream. (3) Iure autem vobis, Athenienses, salus mea curæ fuerit, cum quod nulla vobis a me orta iniuria, ita sum tractatus, tum propter vestram apud exteros existimationem. Neque enim putetis, si nemo vobis



μηδεὶς ὑμᾶς ἀναμιμνήσκει τοὺς χρόνους μηδὲ τοὺς καιροὺς ἐν οἷς τὰ μέγιστ' ἐγὼ χρήσιμος ἦν τῇ πόλει, (4) τοὺς ἄλλους Ἑλληνας ἀγνοεῖν νομίζετε μηδ' ἐπιλεῖσθαι τῶν ἐμοὶ πεπραγμένων ὑπὲρ ὑμῶν, ἃ ἐγὼ δυοῖν ἕνεκα νῦν ὀκνῶ γράφειν καθ' ἕκαστον, ἑνὸς μὲν, τὸν φθόνον δεδιώς, πρὸς ὃν οὐδέν ἐστι προὔργου τὰ ληθῆ λέγειν, ἑτέρου δέ, ὅτι πολλὰ καὶ ἀνάξια ἐκείνων διὰ τὴν τῶν ἄλλων Ἑλλήνων κακίαν νῦν πράττειν ἀναγκαζόμεθα. (5) ἐν κεφαλαίῳ δὲ τοιαῦτ' ἐστὶν ἐφ' οἷς ἐξηταζόμεν ὑπὲρ ὑμῶν ἐγώ, ὥσθ' ὑμᾶς μὲν ἐπ' αὐτοῖς ὑπὸ πάντων ζηλοῦσθαι, ἐμοὶ δ' ἐλπίδα τῶν μεγίστων δωρεῶν προσδοκᾶσθαι παρ' ὑμῶν. τῆς δὲ ἀναγκαίας μὲν, ἀγνώμονος δὲ τύχης οὐχ ὡς δίκαιον ἦν, ἀλλ' ὡς ἐβούλετο, κρινάσης τὸν ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας ἀγῶνα, ὃν ὑμεῖς ἠγωνίσασθε, (6) οὐδὲ ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα χρόνοις ἀπέστην τῆς εἰς ὑμᾶς εὐνοίας, οὐδ' ἀντηλλαζάμεν ἀντὶ ταύτης οὐδέν, οὐ χάριν, οὐκ ἐλπίδας, οὐ πλοῦτον, οὐ δυναστείαν, οὐκ ἀσφάλειαν. καίτοι πάντα ταῦθ' εἴρων ὑπάρχοντα τοῖς καθ' ὑμῶν βουλομένοις πολιτεύεσθαι. (7) ὁ δὲ, πολλῶν ὄντων καὶ μεγάλων ἐφ' οἷς εἰκότως ἐπέρχεται μοι παρρησιάζεσθαι, μέγιστον ἡγούμεν, οὐκ ὀκνήσω γράφαι πρὸς ὑμᾶς, ὅτι ἐν ἅπαντι τῷ αἰῶνι τῶν μνημονευομένων ἀνθρώπων δεινοτάτου γεγεννημένου Φιλίππου καὶ δι' ὀμιλίας πείσαι προσέχειν αὐτῷ τὸν νοῦν, ὡς βούλοισι, καὶ διαφθεῖραι χρήμασι τοὺς ἐν ἑκάστη τῶν Ἑλληνίδων πόλεων γνωρίμους, (8) ἐγὼ μόνος οὐδετέρου τούτων ἠττήθην, ὃ κοινὴν ὑμῖν φιλοτιμίαν φέρει, πολλὰ μὲν ἐντυχῶν Φιλίππῳ καὶ διελχθεὶς ἐφ' οἷς ὑμεῖς ἐπέμπετε πρεσβεύοντά με, πολλῶν δ' ἀποσχόμενος χρημάτων διδόντος ἐκείνου, ἃ τῶν συνειδότην ἔτι πολλοὶ ζῶσιν. οὐς τίνα γνώμην ἔχειν περὶ ὑμῶν εἰκὸς λογίσασθε· τὸ γὰρ τῶ τοιούτῳ τούτων τὸν τρόπον κεχρῆσθαι ἐμοὶ μὲν ἂν εὐ οἶδ' ὅτι φανεῖη συμφορὰ, κακία δὲ οὐδεμία, ὑμετέρα δὲ ἀγνωμοσύνη. ἦν τῷ μεταγῶναι λύσετε. (9) πάντα τοῖνον τὰ προειρημένα ἐλάττω νομίζω τῆς συνεχοῦς καὶ καθ' ἡμέραν πολιτείας, ἐν ἣ παρεῖχον ἐμαυτὸν ἐγὼ πολιτευόμενον, οὐδεμιάς ὀργῆς οὐδὲ δυσμενείας οὐδὲ ἀδίκου πλεονεξίας οὔτε κοινῆς οὔτε ἰδίας προϊστάμενος, οὐδὲ συκοφαντήσας οὐδένα πώποτε οὔτε πολίτην οὔτε ξένον, οὐδὲ καθ' ὑμῶν ἰδίᾳ δεινὸς ὢν, ἀλλ' ὑπὲρ ὑμῶν, εἴ τι δεήσειεν, ἐξεταζόμενος δημοσίᾳ. (10) εἰδεῖεν δ' ἂν οἱ πρεσβύτεροι, καὶ λέγειν τοῖς νεωτέροις ἔστε δίκαιοι τὴν πρὸς Πύθωνα τὸν Βυζάντιον ἐκκλησίαν, ὅτε τοὺς ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων ἦλθε πρέσβεις ἔχων, ὡς ἀδικούσαν δείξων τὴν πόλιν, ἀπῆλθε δὲ τὰναντία τούτων παθῶν, μόνου τῶν τότε ρητόρων ἐξετάσαντος ἐμοῦ τὰ ὑπὲρ ὑμῶν δίκαια. καὶ ἐῷ πρεσβείας ὄσας ὑπὲρ ὑμῶν ἐπρέσβευσα, ἐν αἷς οὐδέν ἠλαττώθητε πώποτε οὐδὲ καθ' ἐν. (11) ἐπολιτευόμεν γάρ, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὐχ ὅπως ἀλλήλων ὑμεῖς περιγένησθε σκοπῶν, οὐδ' ἐφ' ἑαυτὴν ἀκονῶν τὴν πόλιν, ἀλλ' ἀφ' ὧν ὄξαν καὶ μεγαλοψυχίαν ὑμῖν ὑπάρξειν ἐνόμιζον. ἐφ'

in memoriam redigit ea tempora easque occasiones, quibus ego maximas utilitates attuli reipublicæ, (4) reliquos etiam Græcos ignorare aut oblitos esse rerum a me pro vobis gestarum. Quas ego nunc duabus de causis scribere vereor singulatim : tum quod invidiam reformido, contra quam in veritate orationis præsidii nihil est; tum quod multa et indigna illis rebus propter reliquorum Græcorum ignaviam nunc tolerare cogimur. (5) Summatim vero illiusmodi ea sunt, quæ pro vobis ego suscepi, ut et omnibus felicitas virtusque vestra admirationi esset, et ego summorum a vobis præmiorum spem propositam haberem. Cum vero inevitabilis illa quidem, sed iniqua fortuna non ex æquitate, sed pro sua libidine susceptum pro libertate Græcorum quod vos gessistis bellum diiudicasset, (6) nec reliquo tempore meam erga vos benevolentiam non abieci, nec eam ulla re mutavi, non gratia, non spe, non divitiis, non potentia, non securitate. Quanquam videbam omnia hæc iis contingere, qui contra vos rempublicam gerere vellent. (7) Quod vero in multis et magnis rebus, quibus mihi iure gloriari licet, maximum existimarim, non dubitabo scribere ad vos, cum Philippus inter eos, qui ab omni ævo memorantur, solertissimus fuerit, ad hominum voluntates comitate et affabilitate sic sibi devinciendos, ut ad nutum paratos haberet, et largitionibus omnes, quorum aliqua esset in Græcis urbibus auctoritas, corrumpendos, (8) me solum ab horum neutro esse victum (id quod etiam nunc vobis gloriosum est, quanquam sæpe congressus et collocutus sim cum Philippo iis de rebus, propter quas vos me legatum mittebatis), et magnam pecuniam, quam ille offerebat, repudiasse. Quarum rerum consci multi etiam hodie vivunt; quos quid de vobis iudicare consentaneum sit cogitate. Quod enim talem ita tractastis, id meæ quidem calamitati scilicet tribuetur, sceleri nequaquam, vestræ autem iniquitati; quam infamiam consilii mutatione delebitis. (9) Iam ea quæ dixi omnia minora puto continente et quotidiana reipublicæ administratione; in qua ita me gessi, ut neque ulli iracundiæ neque simultatibus neque iniusto quæstui vel publico vel privato servierim, neque ulium unquam vel civem vel hospitem sim calumniatus, neque contra vos privatim facultate mea usus, sed si quid opus esset, publice pro vobis in procinctu steterim. (10) Quod cum natu grandiores norint, æquum est ut iunioribus concionem adversus Pythonem Byzantium habitam indicetis, quum adductis Græcorum legatis adfuit, iniurias nostræ urbis ostensurus, et contrarium eius quod sperarat expertus recessit, ubi ego solus oratorum illius temporis vestram causam defendi. Omitto quot legationes pro vobis obierim; in quibus nullum unquam vel minimum detrimentum cepistis. (11) Ea enim, o Athenienses, in republica ratio mea fuit, non ut vos alios alii vinceretis, aut ut civitatem contra seipsum acuerem, sed ad ea vos incitavi, unde gloriam et magnani-

οἷς ἅπασι μὲν, μάλιστα δὲ τοῖς νέοις, ἀγασθαι προσήκει, καὶ σκοπεῖν μὴ μόνον τὸν διακονήσοντα πρὸς χάριν πάντ' ἐν τῇ πολιτείᾳ (τούτου μὲν γὰρ οὐδέποτε ἔστ' ἀπορήσαι), ἀλλὰ καὶ τὸν ἐπ' εὐνοίᾳ περὶ ὧν ἂν ἀγνοῆτε ἐπιτιμῆσοντα. (12) ἔτι τοίνυν παραλείπω πολλά, ἐφ' οἷς ἕτερος καὶ μηδὲν ἄλλο χρήσιμος γεγὼνώς δικαίως ἂν ἤξλου τυγχάνειν σωτηρίας, χορηγίας καὶ τριηραρχίας καὶ χρημάτων ἐπιδόσεις ἐν πᾶσι τοῖς καιροῖς ἐν οἷς ἐγὼ φανήσομαι οὐ μόνον αὐτὸς ἐξετασμένος πρῶτος, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους παρκεκλικώς. ὧν ἕκαστον, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, λογίσασθε, ὡς ἀνάξιόν ἐστι τῆς περιεστηκυίας νῦν ἐμοὶ συμφορᾶς. (13) ἀφρόνων δ' ὄντων, ἀπορῶ τί πρῶτον ὀδύρωμαι τῶν παρόντων κακῶν. πότερον τὴν ἡλικίαν ἐν ἧ φυγῆς ἐπικινδύνου πειρᾶσθαι παρ' ἔθους καὶ παρὰ τὴν ἀξίαν ἀναγκάζομαι; ἢ τὴν αἰσχύνην ἐφ' ἧ κατ' οὐδένα ἐλεγχον οὐδ' ἀπόδειξιν ἄλους ἀπόλωλα; ἢ τὰς ἐλπιδὰς ὧν διαμαρτῶν, ὧν ἑτέροις προσῆκε, κεκληρονόμηκα κακῶν; (14) οὔτε ἐφ' οἷς ἐπολιτεύθην πρότερον δίκην ὀφείλων δοῦναι οὔτε τῶν ἐφ' οἷς ἐκρινόμην ἐξελεγχθέντων οὔτε γὰρ ἔγωγε τῶν Ἄρπάλου φίλων φανήσομαι γεγονός, τῶν τε γραφέντων περὶ Ἄρπάλου μόνα τὰ ἐμοὶ πεπραγμένα ἀνέγκλητον πεποιήκε τὴν πόλιν. ἐξ ὧν πάντων δῆλόν ἐστιν ὅτι καιρῶ τινι ληφθεὶς καὶ οὐκ ἀδικήματι τῇ πρὸς ἅπαντας τοὺς ἐν ταῖς αἰτίαις ὀργῇ περιπέπτωκα ἀδίκως, τῷ πρῶτος εἰσιέναι. (15) ἐπεὶ τί τῶν δικαίων οὐκ εἶπον ἐγὼ τῶν σεσωκότων τοὺς ὑστερον κρινομένους; ἢ τίνα ἐλεγχον εἶπεν ἡ βουλή κατ' ἐμοῦ; ἢ τίνα νῦν ἂν εἰπεῖν ἔχοι; οὐ γὰρ ἔστιν οὐδεὶς τὰ γὰρ μὴ γενόμενα οὐκ ἔστι ποιῆσαι γεγενῆσθαι. - ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων παύομαι, πολλὰ γράφειν ἔχων τὸ γὰρ μηδὲν ἐμαυτῷ συνειδέναί μοι δέδωκεν εἰς μὲν ὀφελείαν ἀσθενὲς ὄν, εἰς δὲ τὸ μάλλον λυπεῖσθαι πάντων ὀδυνηρότατον. (16) ἐπειδὴ δὲ καλῶς ποιοῦντες πᾶσι τοῖς ἐν ταῖς αἰτίαις διήλλαχθε, καί μοι διαλλάγητε, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι οὔτε γὰρ ἡδίκηγ' ὑμᾶς οὐδέν, ὡς ἴστωσαν οἱ θεοὶ καὶ ἥρωες (μαρτυρεῖ δὲ μοι πᾶς ὁ πρόσθε παρεληλυθὼς χρόνος, ὅς δικαιοτέρων ἂν πιστευοίμ' ὑπ' ὑμῶν τῆς ἀνελέγκτου νῦν ἐπενεγθεῖσας αἰτίας), οὐτ' ἐγὼ χεῖριστος οὐδ' ἀπιστότατος φανήσομαι τῶν διαβληθέντων.

(17) Καὶ μὲν τὸ ἀπελθεῖν οὐκ ἂν εἰκότως ὀργὴν πρὸς με ποιήσειεν· οὐ γὰρ ἀπεγνωκῶς ὑμᾶς οὐδ' ἐτέρωσε βλέπων οὐδαμῶ μετέστην, ἀλλὰ πρῶτον μὲν τούνειδος τῆς εἰρκτῆς γαλεπῶς τῷ λογισμῷ φέρων, εἶτα διὰ τὴν ἡλικίαν οὐκ ἂν οἷός τ' ὧν τῷ σώματι τὴν κακοπάθειαν ὑπενεγχεῖν. ἔτι δ' οὐδ' ὑμᾶς ἐνόμιζον ἀβουλαῖν ἐξω με προπηλακισμοῦ γενέσθαι, ὅς οὐδὲν ὑμᾶς ὀφελῶν ἐμὲ ἀπόλλυεν. (18) ἐπεὶ ὅτι γε ὑμῖν προσεῖχον τὸν νοῦν καὶ οὐδέσιν ἄλλοις, πολλὰ ἂν ἴδοιτε σημεῖα. εἰς τε γὰρ πόλιν ἦλθον, οὐκ ἐν ἧ μέγιστα πράξειν αὐτὸς ἐμελλον, ἀλλ' εἰς ἣν καὶ τοὺς προγόνους ἐλθόντας ἤδειν, ὅτε ὁ πρὸς τὸν Πέρσην κατελάμβανεν αὐτοὺς κίνδυνος, καὶ παρ' ἧ πλείστην εὐνοίαν ὑπάρχουσαν

mitatis opinionem relaturos vos arbitrarer. Quæ cum omnes, tum vero adolescentes admirari debent, nec eum requirere solum, qui captator auræ popularis vulgique cupiditatum administer omnium in republica sit (talium enim nulla unquam penuria futura est), sed eum etiam, qui bono studio vestra errata reprehendat. (12) Quin et alia multa prætereo, propter quæ alius, qui nullam aliam navasset operam, iure suæ salutis haberi rationem postuleret, ut ædilitia munera, ut triremium instructiones, ut largitiones pecuniarias, omnibus necessariis temporibus; quibus me non modo primum succurrisse constabit, sed alios etiam esse adhortatum. Quorum singula cogitate, Athenienses, quam ea calamitate indigna sint, quæ me oppressit. (13) Quum vero plurimis nunc in malis verser, quid primum deplorem dubito: utrum ætatem qua-periculosum exilium experiri præter consuetudinem et dignitatem cogor? an ignominiam, quod nullius criminis convictus et reus peractus, damnatus perii? an spem, qua frustratus hereditatem eorum malorum, quæ aliis debentur, cepi? (14) neque enim ego propter priora mea acta in republica pœnas dare debeo, quum et ea, quorum accusabar, probata non sint, neque ego Harpali amicus fui, et ex omnibus de Harpalo factis decretis sola ea quæ ego egi civitatem omni crimine liberarint. Ex quibus omnibus perspicitur, me temporibus circumventum, non scelerum damnatum, iniuste eam, qua in omnes reos uti soletis, iracundiam experiri, propterea quod ego primus in iudicium veni. (15) Nam quid ego æqui pro mea defensione non attuli, ex iis quæ postea ceteros reos conservarunt? aut quibus me testibus senatus convicit? aut quid amplius vel nunc dicere quisquam possit? nemo certe. Nam quæ facta non sunt, ea facta ut sint, efficere nemo potest. Sed de his quanquam scribere multa possem, desino, quod innocentiae conscientiam experientia me docuit ad iuvandum parvas habere vires, ad augendum vero animi dolorem omnium esse acerbissimum. (16) Postquam vero pro vestra sapientia reis omnibus reconciliati estis, et mihi reconciliamini, o Athenienses. Neque enim (testor deos et heroes) ulli vestrum iniuriam feci, et mihi omnis ante acta vita mea testimonio est; cui merito plus fidei haberetur a vobis, quam isti crimini, quod nunc in me coniectum illud quidem est, sed probatum et demonstratum non est; neque me pessimum aut minimæ fidei esse inter eos, quos calumnia impetiit, deprehenditis.

(17) Iam ob discessum meum iure irasci mihi non potestis. Neque enim ideo abii, quod aut de vobis desperarem aut uspiam alio respicerem, sed primum carceris ignominiam animo ferebam graviter; deinde propter ætatem afflictionem illam corporis perpeti non poteram; denique et vos non nolle putabam illam contumeliam me effugere, quæ neque vos quicquam iuvalat et me perlebat. (18) Me autem vestri neque cuiusquam alterius fuisse studiosum multis indicibus deprehenditis. Nam et in urbem me contuli, non in qua me splendidissime victurum considerem, sed quo etiam maiores nostros, Persici belli discriminiibus circumventos, venisse sciebam, et



ὑμῖν ἠπιστάμην. (19) ἔστι δ' ἡ Τροϊζηνίων αὐτῆ, ἣ μάλιστα μὲν οἱ θεοὶ καὶ τῆς πρὸς ὑμᾶς εὐνοίας ἕνεκα καὶ τῆς εἰς ἐμὲ εὐεργεσίας εὖνοι πάντες εἶησαν, εἶτα κατὰ σωθεὶς ὑφ' ὑμῶν δυνηθεῖν ἀποδοῦναι χάριτας. ἔν τε ταύτῃ τινῶν, ὡς ἐμοὶ χαριζομένων, ἐπιτιμᾶν ὑμῖν τι πειρωμένων τῆ κατ' ἐμὲ ἀγνοία, ἐγὼ πᾶσαν εὐφημίαν, ὡς περ ἐμοὶ προσῆκε, παρειχόμεν· ἐξ ὧν καὶ μάλιστ' ἂν νομίζω πάντας ἀγασθέντας με δημοσίᾳ τιμῆσαι. (20) ὁρῶν δὲ τὴν μὲν εὐνοίαν τῶν ἀνδρῶν μεγάλην, τὴν δὲ εἰς τὸ παρὸν δύναμιν καταδεεστέραν, μετελθὼν εἰς τὸ τοῦ Ποσειδῶνος ἱερὸν ἐν Κελαυρείᾳ κάθημαι, οὐ μόνον τῆς ἀσφαλείας ἕνεκα, ἣν διὰ τὸν θεὸν ἐλπίζω μοι ὑπάρχειν (οὐ γὰρ εὖ οἶδά γε· ἃ γὰρ ἐφ' ἐτέροις ἔστιν ὡς ἂν βούλωνται πράξαι, λεπτήν καὶ ἀδύλον ἔχει τῷ κινδυνεύοντι τὴν ἀσφάλειαν), ἀλλ' ὅτι καὶ τὴν πατρίδα ἐντεῦθεν ἐκάστης ἡμέρας ἀφορῶ, εἰς ἣν τοσαύτην εὐνοίαν ἐμαυτῷ συνοῖδα, ὅσης παρ' ὑμῶν εὐχομαι τυχεῖν.

(21) Ὅπως οὖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μηκέτι πλείων χρόνον τοῖς παροῦσι κακοῖς συνέχωμαι, ψηφισασθέ μοι ταῦτα ἃ καὶ ἄλλοις τισὶν ἤδη, ἵνα μήτε ἀνάξιον ὑμῶν μηδὲν μοι συμβῆ, μήτε ἰκέτης ἐτέρων ἀναγκασθῶ γενέσθαι· οὐδὲ γὰρ ὑμῖν τοῦτο γένοιτ' ἂν καλόν. ἐπεὶ εἶγε μοι τὰ πρὸς ὑμᾶς ἀδιάλλακτα ὑπάρχει, τεθνάναι με κρεῖττον ἦν. (22) εἰκότως δ' ἂν μοι πιστεύοιτε ταύτην τὴν διάνοιαν ἔχειν καὶ μὴ νῦν μάτην θρασύνεσθαι· καὶ γὰρ ἐμαυτοῦ κυρίου ὑμᾶς ἐποίησα καὶ οὐκ ἔφυγον τὸν ἀγῶνα, ἵνα μήτε προδῶ τὴν ἀλήθειαν μήτ' ἀκυρος ὑμῶν ἐμοῦ μηδεὶς γένηται, ἀλλ' ὅτι ἂν βούλησθε, τοῦτο χρῆσησθε παρ' ὧν γὰρ ἀπάντων καλῶν καγαθῶν ἔτυχον, τούτους ὄμην δεῖν ἔχειν καὶ ἀμαρτεῖν, εἰ βούλοιντο, εἰς ἐμέ. (23) ἐπειδὴ δὲ καλῶς ποιοῦσα ἡ δικαία τύχη τῆς ἀδίκου κρατήσασα δις περὶ τῶν αὐτῶν ἀπέδωκεν ὑμῖν βουλευσασθαι τῷ μηδὲν ἀνῆκεστον ἐψηφίσθαι περὶ ἐμοῦ, σώσατέ με, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ ψηφισασθε καὶ ὑμῶν αὐτῶν ἄξια καὶ ἐμοῦ. (24) ἐπ' οὐδενὶ γὰρ τῶν πεπραγμένων ἡδικοκτότα με εὐρήσετε, οὐδ' ἐπιτήδειον ἄτιμον εἶναι οὐδ' ἀπολωλέναι, ἀλλὰ καὶ εὖνον τῷ πλήθει τῷ ὑμετέρῳ τοῖς μάλιστ' ὁμοίως, ἵνα μηδὲν ἐπίφθονον γράψω, καὶ πλεῖστα πεπραγματευμένον τῶν νῦν ζώντων ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ μέγιστα ὑπάρχοντά μοι κατ' ἐμαυτὸν σύμβολα εὐνοίας πρὸς ὑμᾶς.

(25) Μηδεὶς δ' ὑμῶν ἠγείσθω με, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μήτε ἀνανδρία μήτε ἄλλη προφάσει φαύλη μηδεμιᾶ παρ' ὅλην τὴν ἐπιστολὴν ὀδύρεσθαι. ἀλλὰ τοῖς παροῦσιν ἕκαστος ἀφθόνως χρῆται, ἐμοὶ δὲ ταῦτα νῦν πάρεστιν, ὡς μήποτ' ὄφελε, λῦπαι καὶ δάκρυα καὶ τῆς πατρίδος καὶ ὑμῶν πόθος καὶ ὧν πέπονθα λογισμός, ἃ πάντα ποιεῖ με ὀδύρεσθαι· ὅ ἐπισκοποῦντες δικαίως ἐν οὐδενὶ τῶν πεπολιτευμένων ὑπὲρ ὑμῶν οὔτε μαλακίαν οὔτε ἀνανδρίαν προσοῦσαν εὐρήσετέ μοι.


(26) Πρὸς μὲν δὴ πάντας ὑμᾶς τοσαῦτα· ἰδίᾳ δὲ τοῖς ἐμῇ προσκρούουσιν ἐναντίον ὑμῶν βούλομαι διαλεχθῆ-

quam vobis esse benevolentissimam intellegebam. (19) Est autem ea Troezeniorum, cui precor ut dii potissimum immortales tum ob benevolentiam erga vos, tum ob collata in me beneficia bene velint omnes, deinde ut et ego a vobis conservatus gratiam referre possim. In qua quum quidam gratificandi mihi studio vos ob istum in me admissum errorem reprehendere conarentur, ego summa qua me decuit æquitate vos defendi. Eamque ob causam in primis factum esse arbitror, ut mihi honos publice haberetur. (20) Cum vero hominum benevolentiam, insignem quidem illam, sed vires in præsentia esse minores cernebam, digressus in Neptuni templum in Calauria me contuli, non modo quod propter numinis religionem me ibi tutiorem fore spero (nec enim id exploratum habeo; nam quæ res in aliorum potestate sitæ sunt, eæ spem tenuem et obscuram periclitanti suppeditant), sed eo etiam, quod hinc quotidie patriam intueor, in quam tantæ mihi sum benevolentiae conscius, quantam utinam a vobis consequar.

(21) Ne igitur, Athenienses, diutius etiam his malis angar, ea mihi decernitote, quæ iam aliis quoque nonnullis tribuistis, ut neque indignum vobis aliquid mihi usuveniat, neque aliis supplicare cogar, id quod nec vobis honestum esset. Nam si vestra iracundia placari mihi nulla ratione potest, mori me præstiterit. (22) Iure autem hoc animo esse me neque nunc sine re hæc iactare credetis. Nam et vestram auctoritatem subii, et iudicium non detrectavi, ut neque veritatem indefensam desererem, neque vestrum quisquam in me potestatem non haberet, sed ut vestro arbitratu de me statueretis. Arbitrabar enim eos, qui omnia in me ornamenta contulissent, etiam erga me (si ita vellent) delinquendi habere potestatem oportere. (23) Quia vero iusta fortuna, ita uti decuit, iniustâ superatâ, bis vobis iisdem de rebus statuendi facultatem dedit, propterea quod nihil in me, cui mederi non liceat, statuistis, servatote me, et quæ tum vobis ipsis tum me digna sunt decernitote. (24) Nihil enim a me perperam et scelerate factum reperietis, neque me commeritum, ut vel dignitate vel vita spolier, sed et multitudinis ita esse studiosum, ut qui maxime (ne quid insidiosum scribam) et pulcherrima ex his qui adhuc vivunt pro vobis gerenda suscepisse, maximaque e meis æqualibus benevolentiae erga vos indicia reliquisse.

(25) Neque vero quisquam vestrum putet, Athenienses, me vel ex imbecillitate animi vel ulla alia turpi de causa per totam epistolam lamentari. Nam ego nunc iis consilictor rebus (quod utinam esset aliter) eo modo, quo quisque talibus in malis sibi indulget, ut doloribus et lacrimis et patriæ vestrique desiderio et ærumnarum mearum consideratione. Quæ omnia mihi querelas eliciunt; quæ si cum æquitate reputabitis, in nullis meis vestrarum rerum administrationibus vel mollitie vel timiditatis argui me posse reperietis.

(26) Et hæc hactenus ad omnes vos; privatim vero cum iis qui me lacesunt, coram vobis volo disputare. Nam ea,



vai. ὅσα μὲν γὰρ τοῖς ὑφ' ὑμῶν ἀγνοηθεῖσιν ὑπηρετοῦν-
τες ἐποίουν, ἔστω δι' ὑμᾶς αὐτοῖς πεπραχῆται, καὶ οὐδὲν
ἐγκαλῶ. ἐπειδὴ δὲ ἐγνώκαθ' ὑμεῖς ὅα ταῦτ' ἐστίν,
ἐὰν μὲν, ὡς περ ὑπὲρ τῶν λοιπῶν εἴωσι, καὶ ἐμοὶ συγ-
χωρήσωσι, καλῶς ποιήσουσιν· ἐὰν δ' ἐπιπράξουσιν ἐγγει-
ρῶσιν, ὑμᾶς ἀξιώ μοι βοηθεῖν ἅπαντας καὶ μὴ κυριω-
τέραν τὴν τούτων ἔχουσαν τῆς παρ' ὑμῶν χάριτος μοι
γενέσθαι. εὐτυχεῖτε.

γ'. Δημοσθένης τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ χαίρειν.

Περὶ μὲν τῶν κατ' ἑμαυτόν, ἃ μοι παρ' ὑμῶν ἐνό-
μιζον δίκαιον εἶναι γενέσθαι, τὴν προτέραν ἐπεμψα
πρὸς ὑμᾶς ὑπὲρ ὧν ὅταν ὑμῖν δοκῆ, τότε συγχο-
ρήσετε. περὶ δὲ ὧν νῦν ἐπέσταλλα, βουλομένη ἂν
ὑμᾶς μὴ παριδεῖν, μηδὲ πρὸς φιλονεικίαν, ἀλλὰ πρὸς
τὸ δίκαιον ἀκούσαι. συμβαίνει γάρ μοι, καί περ ἐκποδῶν
διατρέποντι, πολλῶν ἀκούειν ἐπιτιμίων τῶν ὑμῖν ἐπὶ τοῖς
περὶ τοὺς Λυκούργου παῖδας γιγνομένων. (2) ἐπέ-
στειλα μὲν οὖν ἂν τὴν ἐπιστολὴν καὶ τῶν ἐκείνῳ ζῶντι
πεπραγμένων ἕνεκα, ὧν ὁμοίως ἐμοὶ πάντες ἂν αὐτῷ
δικαίως ἔχοιτε χάριν, εἰ τὰ προσήκοντα βούλοισθε
ποιεῖν. ἐκεῖνος γὰρ αὐτὸν ἐν τῷ περὶ τὴν διοίκησιν
μέρει τάξας τῆς πολιτείας τὸ κατ' ἀρχὰς καὶ περὶ
τῶν Ἑλληνικῶν καὶ συμμαχικῶν οὐδὲν εἰωθὺς γρά-
φειν, ὅτε καὶ τῶν δημοτικῶν εἶναι προσποιουμένων οἱ
πολλοὶ κατέλιπον ὑμᾶς, τότε ταῖς τοῦ δήμου προαιρέ-
σεσι προσέειμεν ἑαυτόν, (3) οὐ γὰρ ὅτι δωρεὰς καὶ προσ-
όδους ἐκ τούτων ὑπῆρχε λαμβάνειν (ἀπὸ γὰρ τῶν
ἐναντιῶν πάντα τὰ τοιαῦτα ἐγίνετο), οὐδ' ὅτι ταύτην
ἀσφαλεστέραν τὴν προαίρεσιν οὖσαν ἑώρα (πολλοὺς
γὰρ καὶ προδήλους εἶχε κινδύνους, οὓς ἀναγκαῖον ἦν
ὑπομείναι τὸν ὑπὲρ τοῦ δήμου λέγειν καὶ πράττειν
προαιρούμενον), ἀλλ' ὅτι δημοτικὸς καὶ φύσει χρηστὸς
ἀνὴρ ἦν. (4) καίτοι παρὼν ἑώρα τοὺς μὲν βοηθήσαν-
τας τῷ δήμῳ ἀσθενεῖς ἐπὶ τοῖς συμβεβηκόσιν ὄντας,
τοὺς δὲ τάναντία πράττοντας κατὰ πάντα ἐρρωμένους.
ἀλλ' ὅμως οὐδὲν ἤττον ἐκεῖνος εἶχετο τούτων ἃ συμ-
φέρειν ἠγεῖτο τῷ δήμῳ, καὶ μετὰ ταῦτα ἀόκνως καὶ
λέγων καὶ πράττων ἃ προσῆκεν ἦν φανερός, ἐφ' οἷς
εὐθὺς ἐξητείτο, ὡς ἅπαντες ἴσασιν.

(5) Ἐπέστειλα μὲν οὖν ἂν, ὡς περ εἶπον ἐν ἀρχῇ,
καὶ διὰ τὴν ἐκείνου χάριν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὑμῖν νομί-
ζων συμφέρειν τὰς παρὰ τοῖς ἕξω γιγνομένας ἐπιτι-
μήσεις εἰδέσθαι, πολλῶν προθυμότερον πρὸς τὸ πέμψαι
τὴν ἐπιστολὴν ἔσχον. παραιτοῦμαι δὲ τοὺς ἰδίᾳ
πρὸς ἐκεῖνον ἔχοντας δυσκόλους, ὑπομείναι τὰ ληθῆ
καὶ τὰ δίκαια ἀκούειν ὑπὲρ αὐτοῦ. εὐ γὰρ ἴστε, ὡ
ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅτι νῦν ἐκ τῶν περὶ τοὺς παῖδας
αὐτοῦ γεγενημένων φαύλην ὁδὸν ἢ πόλις λαμβάνει.
(6) οὐδεὶς γὰρ τῶν Ἑλλήνων ἀγνοεῖ ὅτι ζῶντα Λυ-
κούργον ἐτιμᾶθ' ὑμεῖς εἰς ὑπερβολήν, καὶ πολλῶν αἰ-
τιῶν ἐπενεχθεῖσιν ὑπὸ τῶν φθονούτων αὐτῷ οὐδε-
μίαν πώποθ' εὐρετ' ἀληθῆ, οὕτω δ' ἐπιστεύετ' αὐτῷ

EPISTOLOGR.

in quibus vestra ignorantia subservierunt, propter vos ab
eis facta sunt, neque ego accuso quicquam. Postquam
vero cognovistis vos, illa cuiusmodi sint, si, ut reliquos
missos faciunt, ita et me quiescere sinent, recte facient.
Sin exagitare me instituerint, peto ut vos omnes opem
mihi feratis, neque committatis ut istorum odia plus
valeant quam vestra benevolentia. Valete.

III. Demosthenes Senatui Populoque S.

Quæ meis in rebus iure a vobis tribui mihi putarem,
superioribus exposui literis, quæ, quum vobis videbitur,
mihi concedetis. Hæc autem de quibus nunc scribo,
non negligi a vobis, neque adversandi sed æquitatis
studio cognosci velim. Contingit enim mihi, quanquam
peregre degenti, multos audire, qui vos ob ea quæ Ly-
curgi liberis acciderunt, reprehendant. (2) Ac literas
hasce misissem propter res etiam ab eo vivente gestas,
de quibus æque mecum omnes, si voletis officio fungi,
gratiam ei habebitis. Qui ut primum ad rempublicam
accesserat, in curatione vectigalium urbanorumque mu-
nerum se collocavit; de statu Græciæ ac sociorum nihil
scribere solitus. Quum vero eorum etiam qui præ se po-
puli studium ferebant, plerique vos deservissent, populi
partibus se addixit; (3) non quod inde munera et reditus
capere liceret (nam adversæ factioni hæc omnia proposita
erant) neque quod has partes magis extra periculum esse
videret (multa enim et manifesta pericula res habebat,
quæ ei, qui populi auctoritatem dicendo agendoque tue-
retur, adire necesse erat), sed quod natura popularis et
vir bonus fuit. (4) Quanquam autem coram videbat tam eos,
qui populo opem ferre cuperent, propter acceptam cladem
esse infirmos, quam adversarios viribus ab omni parte suf-
fultos, nihilominus tamen ipse in ea quæ populo commo-
darent incumbere, ac postea strenue palam et dicebat
et agebat ea quæ conveniebant. Ob quæ statim, ut omnes
norunt, ad supplicium deposcebatur.

(5) Scripsissem igitur, ut principio dixi, et in illius
gratiam, sed tamen quum et vobis expedire putem, ut
convicia quæ apud exteros in vos dicuntur sciatis, multo
magis ad literas mittendas sum incitatus. Peto autem,
ut qui privatim illi iniqui sunt, vera et æqua de eo au-
tum vero et huius et parentis eius vita in tuto ut collocetur. Existimare enim debes, te hunc tanquam depositum habere a senectute nostra, quæ minime certe negligenda est, et ab ea auctoritate, si qua forte cura videbitur digna et ab ea benevolentia, qua vos per omnem ætatem sum persecutus. (13) Neque mireris, si vel prolixiorē scripsi epistolam, vel aliquid in ea inutilius aut senilius diximus. Ego enim neglectis cæteris rebus omnibus, in hoc unum toto animo intentus fui, ut appareret mihi maximæ curæ esse amicorum commoda, quos summa caritate complector.


V. Isocrates Alexandro s. d.

Quum ad patrem tuum literas darem, absurde me facturum putabam, si te, qui in eodem loco cum illo versareris, neque compellarem neque salutarem, neque tale aliquid ad te scriberem, quod efficeret, ne ii qui legerent, putarent me iam senio desipere aut prorsus delirare, sed quod adhuc reliquum est mei et extat, non indignum esse ea facultate, qua iunior florebam.

(2) Prædicari autem te ab omnibus audio ut et humanum et Atheniensibus amicum et sapientiæ studiosum, in quo profecto non insipienter sed prudentissime facis. Illo quoque laudem mereris, quod ex nostris civibus suscipias non eos qui nullum virtutis et doctrinæ studium habuerunt malarumque rerum cupiditate constricti tenentur, sed eos, quorum disputationibus audiendis nullas molestias capias, quorumque commerciis et consiliis utendo neque damnis neque iniuriis afficiaris: talium enim consuetudo prudentibus expetenda est. (3) Inter doctrinarum porro genera ne dialecticas quidem disputationes improbare diceris, sed sic de illis sentire, ut eas existimes in privatis congressibus permultum valere, non tamen vel populi gubernatoribus vel principibus esse opportunas. Nec enim expedire nec decere, ut qui dignitate ceteris præstant, vel ipsi cum civibus rixentur, vel ceteris dent contradicendi licentiam. (4) Hoc igitur studium te non amare ferunt, sed eloquentiæ disciplinam permagni facere, qua utimur et in quotidianæ vitæ negotiis et cum de republica deliberamus. Per quam nunc de futuris rebus prudenter constituere videris; et non insipienter quid singulos qui parent facere deceat præcipere et de rebus honestis et iustis barumque contrariis recte iudicare scies, præterea sic vel pœnis vel præmiis afficere utrosque, ut mercantur. Sapienter igitur nunc agis, qui talibus studiis occuperis. Spem enim et patri et reliquis amicis affers, ubi ætate processeris et in his actionibus perseveraris, fore ut reliquos tantum sapientia antecæas, quantum pater tuus omnibus antecellit.

VI. Isocrates Iasonis liberis s. d.

Renuntiavit mihi quidam legatorum qui ad vos missi



δοι καλέσαντες αὐτὸν ἄνευ τῶν ἄλλων ἐρωτήσαιτ' εἰ πεισθεῖν ἀποδηῆσαι καὶ διατρίψαι παρ' ὑμῖν. ἐγὼ δ' ἔνεκα μὲν τῆς Ἰάσονος καὶ Πολυαλκοῦς ξενίας ἠδέως ἂν ἀφικοίμην ὡς ὑμᾶς οἶμαι γὰρ ἂν τὴν ὁμιλίαν τὴν γενομένην ἅπασιν ἡμῖν συνενεγκεῖν· (2) ἀλλὰ γὰρ ἐμποδίζει με πολλὰ, μάλιστα μὲν τὸ μὴ δύνασθαι πλανᾶσθαι καὶ τὸ μὴ πρέπῃν ἐπιξενουῖσθαι τοῖς τηλικούτοις, ἔπειθ' ὅτι πάντες οἱ πυθόμενοι τὴν ἀποδημίαν δικαίως ἂν μου καταφρονήσειαν, εἰ προηρημένος τὸν ἄλλον χρόνον ἡσυχίαν ἄγειν ἐπὶ γῆρας ἀποδημεῖν ἐπιχειροῖν, ὅτ' εἰκὸς ἦν, εἰ καὶ πρότερον ἀλλοθὶ που διέτριβον, νῦν οἴκαδε σπεύδειν, οὕτως ὑπογυίου μοι τῆς τελευτῆς οὔσης. (3) πρὸς δὲ τούτοις φοβοῦμαι καὶ τὴν πόλιν· χρὴ γὰρ τάληθῆ λέγειν. ὄρω γὰρ τὰς συμμαχίας τὰς πρὸς αὐτὴν γιγνομένας ταχέως διαλυόμενας. εἰ δὲ τι συμβαίη καὶ πρὸς ὑμᾶς τοιοῦτον, εἰ καὶ τὰς αἰτίας καὶ τοὺς κινδύνους διαφυγεῖν δυναθεῖν, ὃ χαλεπὸν ἐστίν, ἀλλ' οὖν αἰσχυνθεῖν ἂν, εἴτε διὰ τὴν πόλιν δόξαιμὶ τισιν ὑμῶν ἀμελεῖν, εἴτε δι' ὑμᾶς τῆς πόλεως ὀλιγωρεῖν. μὴ κοινοῦ δὲ τοῦ συμφέροντος ὄντος, οὐκ οἶδ' ὅπως ἂν ἀμφοτέροις ἀρέσκειν δυναθεῖν. αἱ μὲν οὖν αἰτίαι, δι' ἃς οὐκ ἔξεστί μοι ποιεῖν ἢ βούλομαι, τοιαῦτα συμβεβήκασιν.

(4) Οὐ μὴν περὶ τῶν ἑμαυτοῦ μόνον ἐπιστεῖλας οἶμαι δεῖν ἀμελεῖσθαι τῶν ὑμετέρων, ἀλλ' ἅπερ ἂν παραγενόμενος πρὸς ὑμᾶς διελέχθην, πειράσομαι καὶ νῦν περὶ τῶν αὐτῶν τούτων ὅπως ἂν δύνημαι διεξελεῖν. μηδὲν δ' ὑπολάβητε τοιοῦτον, ὡς ἄρ' ἐγὼ ταύτην ἔγραψα τὴν ἐπιστολὴν οὐκ ἔνεκα τῆς ὑμετέρας ξενίας, ἀλλ' ἐπίδειξιν ποιήσασθαι βουλόμενος. σὲ γὰρ εἰς τοῦθ' ἤκω μανίας ὥστ' ἀγνοεῖν ὅτι κρείττω μὲν γράψαι τῶν πρότερον διαδεδομένων οὐκ ἂν δυναίμην, τοσοῦτον τῆς ἀκμῆς ὑστερῶν, χεῖρω δ' ἐξενεγκῶν πολὺ φαυλοτέραν ἂν λάβοιμι δόξαν τῆς νῦν ἡμῖν ὑπαρχούσης. (5) ἔπειτ' εἴπερ ἐπίδειξιν προσεῖχον τὸν νοῦν ἀλλὰ μὴ πρὸς ὑμᾶς ἐσπούδαζον, οὐκ ἂν ταύτην ἐξ ἀπασῶν προειλόμην τὴν ὑπόθεσιν, περὶ ἧς χαλεπὸν ἐστὶν ἐπιεικῶς εἰπεῖν, ἀλλὰ πολὺ καλλίους ἐτέρας ἂν εὔρον καὶ μᾶλλον λόγον ἔχούσας. ἀλλὰ γὰρ οὔτε πρότερον οὐδεπώποτ' ἐφιλοτιμήθην ἐπὶ τούτοις ἀλλ' ἐφ' ἑτέροις μᾶλλον ἢ τοὺς πολλοὺς διαλέληθεν, οὔτε νῦν ἔχων ταύτην τὴν διάνοιαν ἐπραγματευσάμην, (6) ἀλλ' ὑμᾶς μὲν ὄρων ἐν πολλοῖς καὶ μεγάλοις πράγμασιν ὄντας, αὐτὸς δ' ἀποφῆνασθαι βουλόμενος ἦν ἔχω γνώμην περὶ αὐτῶν. ἡγοῦμαι δὲ συμβουλεύειν μὲν ἀκμῆν ἔχειν (αἱ γὰρ ἐμπειρίαι παιδεύουσι τοὺς τηλικούτους καὶ ποιοῦσι μᾶλλον τῶν ἄλλων δύνασθαι καθορᾶν τὸ βέλτιστον), εἰπεῖν δὲ περὶ τῶν προτεθέντων ἐπιχαρίτως καὶ μουσικῶς καὶ διαπεπονημένως οὐκέτι τῆς ἡμετέρας ἡλικίας ἐστίν, ἀλλ' ἀγαπήν ἂν, εἰ μὴ παντάπασιν ἐκλελυμένως διαλεχθεῖν περὶ αὐτῶν.

(7) Μὴ θαυμάζετε δ' ἂν τι φαίνωμαι λέγων ὧν πρότερον ἀκηκόατε· τῷ μὲν γὰρ ἴσως ἄκων ἂν ἐντύχοιμι, τὸ δὲ καὶ προσιδῶς, εἰ πρέπον εἰς τὸν λόγον

sunt, se a vobis revocatum ac seorsum a ceteris interrogatum esse, an persuaderi mihi possit, ut peregre profectus vestra familiaritate utar. Ego vero propter Iasonis et Polyalcis hospitium libenter ad vos venirem: eum enim congressum posse nobis omnibus prodesse scio: (2) sed multa me impediunt, atque illud inprimis, quod et itineris labores ferre nequeo et tam grandi ætate peregre vivere indecorum est; deinde, quod omnes audita ea peregrinatione iure me contemnerent, qui reliquo vitæ meæ tempore otium amplexus, in senectute demum peregrinari instituerem, quum deceret, etiamsi prius alibi vixissem, nunc domum festinare, postquam ab obitu tam prope absum. (3) Ad hæc (vera enim dicenda sunt) etiam civitatem meam formido, qui initas cum ea societates celeriter solere dirimi videam. Quod si et vestris in rebus tale aliquid accidisset, etiamsi crimina et perioula effugere possem (id quod difficile admodum est), et me puderet, sive aliqui putarent vos a me propter meam civitatem negligi, sive propter vos patriæ rationem non haberi. Quum autem non communis sit utilitas, quomodo utrisque gratificari queam, non video. Causæ igitur, propter quas ea quæ vellem mihi facere non licet, tales incidérant.

(4) Neque tamen decere existimo ut de meis tantum rebus scriberes res vestras negligam; sed quæ istic coram disseruissem, hæc eadem nunc, ita ut potero, explicare conabor. Neque vero putetis hanc epistolam ostentationis a me causa potius scriptam esse, quam hospitii vestri. Non enim ita insanio, ut ignorem, me hac affecta ætate meliora iis quæ prius edita sunt, scribere nequaquam posse; sin deteriora protulero, fore ut gloria mea non parum minuatur. (5) Deinde si ostentationi ingenii servire magis quam serio vobiscum agere stude-rem, non hoc argumentum ex omnibus delegissem, de quo haud difficile est apte disserere, sed alia longe pulchriora et uberiora reperissem. Sed neque hactenus unquam his de rebus laudibus efferrī volui, sed ob alia potius, quæ plerique ignorant, neque nunc eo animo laborem hunc cepi; (6) sed cum vos multis arduis negotiis implicatos esse viderem, quæ mea sit de illis sententia, declarare volui. Ac dandi quidem consilii facultatem ætati meæ adesse censeo (nam experientia et rerum multarum usus senes erudit atque efficit ut quid expediat acutius quam alii perspicere possint); de propositis autem rebus suaviter et concinne atque elaborate dicere, non iam nostræ ætatis munus est; sed hoc mihi suffecerit, si meam sententiam non dissolute prorsus exposuero.

(7) Neque vero miremini, si quid dicere videbor quod prius audivistis. Nam eorum quædam fortassis etiam invito in mentem venient, quædam, quod instituto meo

εἶη, προσλάβοιμι· καὶ γὰρ ἂν ἄτοπος εἶην, εἰ τοὺς ἄλλους δρῶν τοῖς ἐμοῖς χρωμένους αὐτὸς μόνος ἀπεχοίμην τῶν ὑπ' ἐμοῦ πρότερον εἰρημένων. τούτου δ' ἕνεκα ταῦτα προεῖπον, ὅτι τὸ πρῶτον ἐπιφερόμενον ἐν τῶν τεθρυλημένων ἐστίν. (8) εἶθισμαι γὰρ λέγειν πρὸς τοὺς περὶ τὴν φιλοσοφίαν τὴν ἡμετέραν διατρίβοντας, ὅτι τοῦτο πρῶτον δεῖ σκέψασθαι, τί τῷ λόγῳ καὶ τοῖς τοῦ λόγου μέρεσι διαπρακτέον ἐστίν· ἐπειδὴν δὲ τοῦθ' εὕρωμεν καὶ διακριθώσόμεθα, ζητητέον εἶναι φημι τὰς ἰδέας, δι' ὧν ταῦτ' ἐξεργασθήσεται καὶ λήφεται τέλος ὅπερ ὑπεθέμεθα. καὶ ταῦτα φράζω μὲν ἐπὶ τῶν λόγων, ἐστὶ δὲ τοῦτο τὸ στοιχεῖον καὶ κατὰ τῶν ἄλλων ἀπάντων καὶ κατὰ τῶν ὑμετέρων πραγμάτων. (9) οὐδὲν γὰρ οἷόν τ' ἐστὶ πραχθῆναι νοῦν ἐχόντως, ἂν μὴ τοῦτο πρῶτον μετὰ πολλῆς προνοίας λογίσθησθε καὶ βουλευσῆσθε, πῶς χρὴ τὸν ἐπιλοιπον χρόνον ὑμῶν αὐτῶν προστῆναι καὶ τίνα βίον προελέσθαι καὶ ποίας δόξης ὀριγηθῆναι καὶ ποτέρας τῶν τιμῶν ἀγαπῆσαι, τὰς παρ' ἐκόντων γιγνομένας ἢ τὰς παρ' ἀκόντων τῶν πολιτῶν· ταῦτα δὲ ὁρισασμένοι, τότε ἤδη τὰς πράξεις τὰς καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν σκεπτέον, ὅπως συντενοῦσι πρὸς τὰς ὑποθέσεις τὰς ἐξ ἀρχῆς γενομένας. (10) καὶ τοῦτον μὲν τὸν τρόπον ζητοῦντες ὡσπερ σκοποῦ χειμένου στοχάσεσθε τῇ ψυχῇ, καὶ μᾶλλον ἐπιτεύξεσθε τοῦ συμφέροντος· ἐὰν δὲ μηδεμίαν ποιήσῆσθε τοιαύτην ὑπόθεσιν, ἀλλὰ τὸ προσπίπτον ἐπιχειρήτε πράττειν, ἀναγκασιὸν ἐστὶν ὑμᾶς ταῖς διανοαῖς πλανᾶσθαι καὶ πολλῶν διαμαρτάνειν πραγμάτων.

(11) Ἴσως ἂν οὖν τις τῶν εἰκῆ ζῆν προκηρημένον τοὺς μὲν τοιοῦτους λογισμοὺς διασύρειν ἐπιχειρήσειεν, ἀξιώσει δ' ἂν ἤδη με συμβουλεύειν περὶ τῶν προειρημένων. ἐστὶν οὖν οὐκ ὀκνητέον ἀποφῆνασθαι περὶ αὐτῶν, ἃ τυγχάνω γινώσκων. ἐμοὶ γὰρ αἰρετώτερος ὁ βίος εἶναι δοκεῖ καὶ βελτίων ὁ τῶν ἰδιωτευόντων ἢ τῶν τυραννούντων, καὶ τὰς τιμὰς ἡδίους ἢ γούμκι τὰς ἐν ταῖς πολιτείαις ἢ τὰς ἐν ταῖς μοναρχίαις· καὶ περὶ τούτων λέγειν ἐπιχειρήσω. (12) καίτοι μ' οὐ λέληθεν ὅτι πολλοὺς ἔξω τοὺς ἐναντιουμένους, καὶ μάλιστα τοὺς περὶ ὑμᾶς ὄντας. οἶμαι γὰρ οὐχ ἥκιστα τούτους ἐπὶ τὴν τυραννίδα παροξύνειν ὑμᾶς· σκοποῦσι γὰρ οὐ πανταχῆ τὴν φύσιν τοῦ πράγματος, ἀλλὰ πολλὰ παραλογίζονται σφᾶς αὐτούς. τὰς μὲν γὰρ ἐξουσίας καὶ τὰ κέρδη καὶ τὰς ἡδονὰς δρῶσι, καὶ τούτων ἀπολαύεσθαι προσδοκῶσι, τὰς δὲ παραχὰς καὶ τὰς συμφορὰς τὰς τοῖς ἀρχοῦσι συμπίπτουσας καὶ τοῖς φίλοις αὐτῶν οὐ θεωροῦσιν, ἀλλὰ πεπόνθασιν ὅπερ οἱ τοῖς αἰσχίστοις καὶ παρανομωτάτοις τῶν ἔργων ἐπιχειροῦντες. (13) καὶ γὰρ ἐκεῖνοι τὰς μὲν πονηρίας τὰς τῶν πραγμάτων οὐκ ἀγνοοῦσιν, ἐλπίζουσι δ', ὅσον μὲν ἀγαθόν ἐστὶν ἐν αὐτοῖς, τοῦτο μὲν ἐκλήψεσθαι, τὰ δὲ δεινὰ πάντα τὰ προσόντα τῷ πράγματι καὶ τὰ κακὰ διαφεύξεσθαι, καὶ διοικήσειν τὰ περὶ σφᾶς αὐτοὺς οὕτως ὥστε τῶν μὲν κινδύνων εἶναι

esse idonea scio, assumam. Ineptus enim essem, quum alios videam dicta mea mutuari, si ego solus his quæ prius ipse dixi, abstinere. Hæc propterea præfatus sum, quod id quod primum occurrit, unum ex pervulgatis est. (8) Soleo enim nostræ disciplinæ sectatoribus dicere ante omnia esse considerandum, quidnam oratione et partibus orationis efficiendum sit : quod ubi invenerimus, et accurate confecerimus, rationes et ornamenta quærenda esse dico, quibus argumentum expoliatur, et finem cum qui nobis propositus fuerat consequatur. Et hæc de orationibus dico ; est autem idem et aliarum rerum omnium et vestræ deliberationis fundamentum. (9) Non enim fieri potest, ut quicquam prudenter agatur, nisi hoc primum singulari sapientia cogitaveritis et constitueritis, quales vos in posterum præbere velitis, et quomodo vitam vestram instituere, qualemque auctoritatem expetere et utrum honorem sequi eumne, quem cives ipsi ultro deferunt, an qui ab iisdem invitis extorqueatur. His iam definitis tum iam singulæ actiones, quæ in dies incidunt, considerandæ sunt, et efficiendum ut ad eum finem, qui initio propositus fuit, referantur. (10) Quod si hoc modo quæretis, animo quod utile sit tanquam meta proposita invenietis, idque magis assequimini : sin nullum tale fundamentum iacietis, sed id quod fortuito incidet, agetis, necesse est ut animis vestris erretis et multis rebus frustremini.

(11) Fortassis autem eorum aliquis qui temere vitam instituerunt, has rationes perstringere conabitur, et ut certi aliquid de proposita quæstione dicam, dissimulandum est. Mihi enim præstabilius esse videtur, et melior privatorum hominum quam tyrannorum vita, et iucundiores honores esse in republica quam in regno. Ac de hisce disserere aggrediar.

(12) Quanquam scio fore multos qui mihi adversentur et familiares vestros inprimis. Hos enim vos magno opere ad retinendam stabiliendamque tyrannidem incitare opinor : non enim rei naturam universæ nec ab omni parte intuentur, sed hallucinantur et in errores ipsi se coniciunt. Auctoritatem illi quidem et emolumenta et voluptates vident, iisque frui se posse sperant : sed turbas et clades principibus obici solitas illorumque amicis non perspiciunt, idemque illis evenit, quod his qui turpissima et maxime nefaria facinora moliantur : (13) qui etsi rerum pravitatem non ignorant, tamen id commodi quod illis inest excerpturos se sperant periculis et malis omnibus quæ cum iis rebus coniungi solent evitatis, eamque de se rationem inituros, ut et a discrimine omni



πόρρω, τῶν δ' ὠφελειῶν ἐγγύς. (14) τοὺς μὲν οὖν ταύτην ἔχοντας τὴν διάνοιαν ζηλῶ τῆς βραθυμίας, αὐτὸς δ' αἰσχυνθείην ἂν, εἰ συμβουλευσῶν ἑτέροις ἐκείνων ἀμελήσας τὸ ἑμαυτῷ συμφέρον ποιούην, καὶ μὴ παντάπασιν ἔξω θεῖς ἑμαυτόν καὶ τῶν ὠφελειῶν καὶ τῶν ἄλλων ἀπάντων τὰ βέλτιστα παραινοίην. ὡς οὖν ἔμοῦ ταύτην ἔχοντας τὴν γνώμην, οὕτως ἐμοὶ προσέχετε τὸν νοῦν.

ζ'. Τιμοθέω.

Περὶ μὲν τῆς οἰκειότητος τῆς ὑπαρχούσης ἡμῖν πρὸς ἀλλήλους οἶμαι σε πολλῶν ἀκηκοέναι, συγχαίρω δέ σοι πυνθανόμενος πρῶτον μὲν ὅτι τῆς δυναστείας τῆ παρούσης κάλλιον χρῆ τοῦ πατρὸς καὶ φρονιμώτερον, ἔπειθ' ὅτι προαιρεῖ δόξαν καλὴν κτήσασθαι μᾶλλον ἢ πλοῦτον μέγαν συναγαγεῖν. σημειῶν γὰρ οὐ μικρὸν ἐκφέρεις ἀρετῆς ἀλλ' ὡς δυνατὸν μέγιστον, ταύτην ἔχων τὴν γνώμην ὥστ' ἦν ἐμμείνης τοῖς περὶ σοῦ νῦν λεγομένοις, οὐκ ἀπορήσεις τῶν ἐγκωμιασομένων τὴν τε φρόνησιν τὴν σὴν καὶ τὴν προαίρεσιν ταύτην. (2) ἡγοῦμαι δὲ καὶ τὰ διηγγελμένα περὶ τοῦ πατρὸς σου συμβαλέσθαι μεγάλην πίστιν πρὸς τὸ δοκεῖν εὖ φρονεῖν σε καὶ διαφέρειν τῶν ἄλλων· εἰώθασι γὰρ οἱ πλείστοι τῶν ἀνθρώπων οὐχ οὕτως ἐπαινεῖν καὶ τιμᾶν τοὺς ἐκ τῶν πατέρων τῶν εὐδοκιμούντων γεγονότας, ὡς τοὺς ἐκ τῶν δυσκόλων καὶ χαλεπῶν, ἦν περ φαίνονται μηδὲν ὁμοιοὶ τοῖς γονεῦσιν ὄντες. μᾶλλον γὰρ ἐπὶ πάντων κεχαρισμένον αὐτοῖς ἐστὶ τὸ παρὰ λόγον συμβαῖνον ἀγαθὸν τῶν εἰκότως καὶ προσχρόντως γιγνομένων.


(3) Ὡν ἐνθυμούμενον χρῆ ζητεῖν καὶ φιλοσοφεῖν, ἐξ ὅτου τρόπου καὶ μετὰ τίνων καὶ τίσι συμβούλοις χρώμενος τὰς τε τῆς πόλεως ἀτυχίας ἐπανορθώσεις, καὶ τοὺς πολίτας ἐπὶ τε τὰς ἐργασίας καὶ τὴν σωφροσύνην προτρέψεις, καὶ ποιήσεις αὐτοὺς ἥδιον ζῆν καὶ θαρραλεώτερον ἢ τὸν παρελθόντα χρόνον. ταῦτα γὰρ ἐστὶν ἔργα τῶν ὀρθῶς καὶ φρονίμως τυραννεύοντων. (4) ὧν ἔνοιοι καταφρονήσαντες οὐδὲν ἄλλο σκοποῦσι πλὴν ὅπως αὐτοὶ θ' ὡς μετὰ πλείστης ἀσελγείας τὸν βίον διάξουσιν, τῶν τε πολιτῶν τοὺς βελτίστους καὶ πλουσιωτάτους καὶ φρονιμωτάτους λυμανοῦνται καὶ δασμολογήσουσι, κακῶς εἰδότες ὅτι προσήκει τοὺς εὖ φρονούντας καὶ τὴν τιμὴν ταύτην ἔχοντας μὴ τοῖς τῶν ἄλλων κακοῖς αὐτοῖς ἡδονὰς παρασκευάζειν ἀλλὰ ταῖς αὐτῶν ἐπιμελείαις τοὺς πολίτας εὐδαιμονεστέρους ποιεῖν, (5) μηδὲ πικρῶς μὲν καὶ χαλεπῶς διακεῖσθαι πρὸς ἀπαντας, ἀμελεῖν δὲ τῆς αὐτῶν σωτηρίας, ἀλλ' οὕτω μὲν πράως καὶ νομίμως ἐπιστατεῖν τῶν πραγμάτων, ὥστε μηδένα τολμᾶν αὐτοῖς ἐπιβουλεύειν, μετὰ τσαύτης δ' ἀκριβείας τὴν τοῦ σώματος ποιεῖσθαι φυλακὴν, ὡς ἀπάντων αὐτοὺς ἀνελεῖν βουλομένων. ταύτην γὰρ τὴν διάνοιαν ἔχοντες αὐτοὶ τ' ἂν ἔξω τῶν κινδύνων εἶεν καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις εὐδοκιοῖεν· ὧν ἀγαθὰ μείζω

sint remotissimi et utilitatibus proximi. (14) Si qui igitur ita sentiunt, illos ego sua socordia beatos esse facile patior: me vero puderet aliis suadentem illis neglectis meum compendium spectare, nec repudiatis et commodis et ceteris rebus omnibus, ut a me alienis, utilissima præcipere. Mihi igitur sic auscultetis velim, ut me hoc esse animo non dubitetis.

VII. Timotheo.

Qua necessitudine inter nos coniuncti simus, ex multis te audivisse arbitror. Gratulor autem tibi primum, quod ista potestate rectius uteris quam pater ac prudentius; deinde quod honestam famam parandi quam magnas divitias coacervandi es studiosior. Non enim parvum signum virtutis ostendis, sed quam fieri potest maximum; qui tali animo sis præditus. Quare si, ut cæpisti, passimque de te nunc prædicatur, perrexeris, non defuturi sunt qui et sapientiam tuam et institutum istud laudibus illustrent. (2) Arbitror autem etiam ea quæ de patre tuo dicuntur, momenti plurimum ad hoc esse allatura, ut sapere aliisque præstare videaris. Solent enim plerique non ita commendare et venerari laudatis patribus natos, ut eos qui patrum sævitiam et immanitatem nulla ex parte imitantur. Quicquid enim boni mortalibus præter expectationem offertur, id omnibus in rebus longe gratius est quam ea quæ usitata et legitima ratione contingunt.

(3) His igitur consideratis quærendum tibi et sollicite cogitandum est, quibus modis et quorum opera quorumque consiliis tum urbis calamitates emendes, tum cives ad officium et modestiam cohorteris, atque efficias ut et suavius et securius ævum exigant, quam superiori tempore. Nam hæc officia sunt honorum et cordatorum principum. (4) Quibus nonnulli contemptis in id unum intenti sunt, ut in summa licentia vitam transigant optimosque et opulentissimos civium iniuriis afficiant et tributa ab iis exigant. Ignorant illi nimirum, decere viros prudentes in hoc honorum et dignitatis fastigio collocatos non ex aliorum miseriis suas parare voluptates, sed sua sollicitudine et laboribus civium felicitatem augere, (5) neque acerbitatem et sævitiam in omnes exercere suamque ipsorum salutem negligere, sed imperium ea clementia et æquitate administrare, ut nemo eis audeat insidiari, et non minore vitam suam diligentia munire, quam si omnes in eorum exitium conspirassent. Hoc enim animo si agant, fiet ut et ipsi extra periculum sint, et apud ceteros gloria floreat. Quibus maiora



χαλεπὸν εὐρεῖν ἐστίν. (6) ἐνεθυμήθην δὲ μεταξὺ γράφων, ὡς εὐτυχῶς ἅπαντά σοι συμβέβηκε. τὴν μὲν γὰρ εὐπορίαν, ἣν ἀναγκαῖον ἦν κτήσασθαι μετὰ βίας τυραννικῶς καὶ μετὰ πολλῆς ἀπεχθείας, ὁ πατήρ σοι καταλέλοιπε, τὸ δὲ χρῆσθαι τούτοις καλῶς καὶ φιλανθρωπῶς ἐπὶ σοὶ γέγονεν· ὧν χρῆ σε πολλὴν ποιεῖσθαι τὴν ἐπιμέλειαν.

(7) Ἄ μὲν οὖν ἐγὼ γιγνώσκω, ταῦτ' ἐστίν· ἔχει δ' οὕτως. εἰ μὲν ἔρῃς χρημάτων καὶ μείζονος δυναστείας καὶ κινδύνων, δι' ὧν αἱ κτήσεις τούτων εἰσίν, ἑτέρους σοι συμβούλους παρακλητέον· εἰ δὲ ταῦτα μὲν ἱκανῶς ἔχεις, ἀρετῆς δὲ καὶ δόξης καλῆς καὶ τῆς παρὰ τῶν πολλῶν εὐνοίας ἐπιθυμεῖς, τοῖς τε λόγοις τοῖς ἐμοῖς προσεκτέον τὸν νοῦν ἐστὶ καὶ τοῖς καλῶς τὰς πόλεις τὰς αὐτῶν διοικοῦσιν ἀμιλλητέον καὶ πειρατέον αὐτῶν διενεργεῖν. (8) ἀκούω δὲ Κλέομμιν τὸν ἐν Μηθύμνῃ ταύτην ἔχοντα τὴν δυναστείαν περὶ τε τὰς ἄλλας πράξεις καλὸν κάγαθόν εἶναι καὶ φρόνιμον, καὶ τοσοῦτον ἀπέχειν τοῦ τῶν πολιτῶν τινὰς ἀποκτείνειν ἢ φυγαδεύειν ἢ δημεύειν τὰς οὐσίας ἢ ποιεῖν ἄλλο τι κακόν, ὥστε πολλὴν μὲν ἀσφάλειαν παρέχειν τοῖς συμπολιτευομένοις, κατάγειν δὲ τοὺς φεύγοντας, (9) ἀποδιδόναι δὲ τοῖς μὲν κατιούσι τὰς κτήσεις ἐξ ὧν ἐξέπεσον, τοῖς δὲ πριαμένοις τὰς τιμὰς τὰς ἐκάστοις γιγνομένας, πρὸς δὲ τούτοις καθοπλίζειν ἅπαντας τοὺς πολίτας, ὡς οὐδεὸς μὲν ἐπιχειρήσοντος περὶ αὐτὸν νεωτερίζειν, ἣν δ' ἄρα τινὲς τολμήσωσιν, ἡγούμενος λυσιτελεῖν αὐτῷ τεθνάναι τοιαύτην ἀρετὴν ἐνδειξάμενός τοις πολίταις μᾶλλον ἢ ζῆν πλείω χρόνον τῇ πόλει τῶν μεγίστων κακῶν αἰτίῳ γενομένῳ.

(10) Ἔτι δ' ἂν πλείω σοι περὶ τούτων διελέχθην, ἴσως δ' ἂν καὶ χαριέστερον, εἰ μὴ παντάπασιν ἔδει με διὰ ταχέων γράψαι σοι τὴν ἐπιστολήν. νῦν δὲ σοὶ μὲν αὖθις συμβουλευόμεν, ἔὰν μὴ κωλύσῃ με τὸ γῆρας, ἐν δὲ τῷ παρόντι περὶ τῶν ἰδίων δηλώσωμεν. Αὐτοκράτωρ γὰρ ὁ τὰ γράμματα φέρων οἰκείως ἡμῖν ἔχει· (11) περὶ τε γὰρ τὰς διατριβὰς τὰς αὐτὰς γεγόναμεν καὶ τῇ τέχνῃ πολλὰκις αὐτοῦ κέχρημαι καὶ τὸ τελευταῖον περὶ τῆς ἀποδημίας τῆς ὡς σὲ σύμβουλος ἔγενόμην αὐτῷ. διὰ δὲ ταῦτα πάντα βουλοίμην ἂν σε καλῶς αὐτῷ χρῆσασθαι καὶ συμφερόντως ἀμφοτέροις ὑμῖν, καὶ γενέσθαι φανερόν, ὅτι μέρος τι καὶ δι' ἐμὲ γίγνεται τι τῶν δεόντων αὐτῷ.


(12) Καὶ μὴ θυμάσῃς, εἰ σοὶ μὲν οὕτως ἐπιστέλλω προθύμως, Κλέαρχου δὲ μηδὲν πώποτε ἔδεξθην. σχεδὸν γὰρ ἅπαντες οἱ παρ' ὑμῶν καταπλέοντες σὲ μὲν ὁμοίον φασὶν εἶναι τοῖς βελτίστοις τῶν ἐμοὶ πεπλησιακότων, Κλέαρχον δὲ κατὰ μὲν ἐκείνον τὸν χρόνον, ὅτ' ἦν παρ' ἡμῖν, ὁμολόγουν, ὅσοιπερ ἐνέτυχον, ἐλευθεριώτατον εἶναι καὶ πράοτατον καὶ φιλανθρωπότατον τῶν μετεχόντων τῆς διατριβῆς· ἐπειδὴ δὲ δύναμιν ἔλαβε, τοσοῦτον ἔδοξε μεταπεσεῖν ὥστε πάντας θαυμάζειν τοὺς πρότερον αὐτὸν γιγνώσκοντας. (13) πρὸς μὲν οὖν ἐκείνον διὰ ταύτας τὰς αἰτίας ἀπηλλοτριώθην·

bona invenire difficile est. (6) Inter scribendum autem in mentem mihi venit secundissima tibi omnia accidisse. Opum enim abundantiam, quam necesse erat regio modo vi multisque inimicitiiis susceptis comparare, pater tibi reliquit; his vero bene et humaniter uti, in tua manu est, et in eo te summo studio elaborare decet.

(7) Quæ igitur mihi consulta videantur, hæc sunt. Sic autem se res habet. Si pecunias maioremque potentiam et pericula, sine quibus hæc parari nequeunt, adamas, alii tibi in consilium adhibendi erunt; sin tibi harum rerum abunde est, virtutis vero et honestæ famæ ac popularis benevolentiæ desiderio teneris, et orationi meæ obtemperandum erit et cum illis certandum, qui præclare suas urbes administrant, et tentandum etiam ut eos superes. (8) Nam et Cleommin audio, qui Methymnæ dominatur, cum in aliis actionibus viri boni et prudentis fungi officio, tum tantum abesse ut civium quosquam occidat aut in exilium agat aut proscribat aut alia ulla clade afficiat, ut cives eius in summa securitate degant, ut patria pulsos ab exilio revocet, (9) ut restitutis possessiones unde exciderunt reddat, his vero qui eas emerant, tantum pro eis numeret, quanti emerunt, neque his contentus, cives omnes armis instruat et exornet, nihil metuens ne qui novarum rerum studiosi insidias ipsi struant. Quod si qui audeant, mortem oppetere satius esse ducit in tanta humanitate et benignitate erga cives, quam crudeliter in eisdem grassando vitam ultra producere.

(10) Plura de his fortasse et elegantius tecum disseruissem, nisi mihi hæc literæ cum magna festinatione scribendæ essent. Sed alias iterum tibi, nisi me senium prohibuerit, consilium dabimus: in præsentia vero de privatis rebus agemus. Autocrator enim, qui literas has tibi reddit, est mihi familiaris: (11) nam et in iisdem studiis versati sumus et eius arte sæpe usus sum: denique vero illi autor fui ad te proficiscendi. His omnibus de causis cum honorifice tractes velim et ut nostrum utriusque expedit, ac præ te feras, quicquid officiorum in eum contuleris, aliqua ex parte mea quoque gratia fieri.

(12) Neque mireris me tam expedite ad te scribere, qui a Clearcho nihil unquam petierim. Nam fere omnes qui istinc ad nos navigant, te similem esse dicunt præstantissimis eorum qui nobiscum una versati sunt: Clearchum vero, quo tempore apud nos fuit, fatebantur omnes qui eum unquam convenerant, liberalissimum esse et mansuetissimum et humanissimum inter omnes discipulos nostros: posteaquam autem principatum est adeptus, ita mutasse animum visus est, ut omnes qui eum prius norant, demirentur. (13) Ob has igitur causas factus ab eo sum alienior: te vero amo et probo ac vehementer velim te



σέ δ' ἀποδέχομαι καὶ πρὸ πολλοῦ ποιησαίμην ἂν οἰ-
κειῶς διατεθῆναι πρὸς ἡμᾶς. δηλώσεις δὲ καὶ σὺ διὰ
ταχέων, εἰ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχεις ἡμῖν. Αὐτοκρά-
τορός τε γὰρ ἐπιμελήσει καὶ πέμψεις ἐπιστολὴν ὡς
ἡμᾶς, ἀνανεούμενος τὴν φιλίαν καὶ ξενίαν τὴν πρότε-
ρον ὑπάρχουσαν. ἔρρωσο, κἄν του δέη τῶν παρ'
ἡμῶν, ἐπίστελλε.

η'. Τοῖς Μυτιληναίων ἄρχουσιν.

Οἱ παῖδες οἱ Ἀφαρέως, υἱοὶ δ' ἐμοί, παι-
δευθέντες ὑπ' Ἀγήνορος τὰ περὶ τὴν μουσικὴν, ἐδέη-
θησάν μου γράμματα πέμψαι πρὸς ὑμᾶς, ὅπως ἂν,
ἐπειδὴν καὶ τῶν ἄλλων τινὰς καταγάγητε φυγάδων,
καὶ τοῦτον καταδέξῃσθε καὶ τὸν πατέρα καὶ τοὺς ἀδελ-
φούς. λέγοντος δὲ μου πρὸς αὐτοὺς ὅτι δέδοικα
μὴ λίαν ἄτοπος εἶναι δόξω καὶ περίεργος, ζητῶν εὐ-
ρίσκεσθαι τηλικαῦτα τὸ μέγεθος παρ' ἀνδρῶν, ὅς
οὐδεπώποτε πρότερον οὔτε διελέχθη οὔτε συνήθης
ἔγενόμην, ἀκούσαντες ταῦτα πολὺ μᾶλλον ἐλιπάρουν.
(2) ὡς δ' οὐδὲν αὐτοῖς ἀπέβαινε ὧν ἠλπίζον, ἅπασιν
ἦσαν καταφανεῖς ἀηδῶς διακείμενοι καὶ χαλεπῶς φέ-
ροντες. ὄρων δ' αὐτοὺς λυπουμένους μᾶλλον τοῦ
προσῆκοντος, τελευτῶν ὑπεσχόμεν γράψειν τὴν ἐπι-
στολὴν καὶ πέμψειν ὑμῖν. ὑπὲρ μὲν οὖν τοῦ μὴ δι-
καίως ἂν δοκεῖν μωρὸς εἶναι μὴδ' ὀχληρὸς ταῦτ' ἔχω
λέγειν.


(3) Ἡγοῦμαι δὲ καλῶς ὑμᾶς βεβουλεῦσθαι καὶ
διαλλαττομένους τοῖς πολίταις τοῖς ὑμετέροις, καὶ πει-
ρωμένους τοὺς μὲν φεύγοντας ὀλίγους ποιεῖν, τοὺς δὲ
συμπολιτευομένους πολλούς, καὶ μιμουμένους τὰ
περὶ τὴν στάσιν τὴν πόλιν τὴν ἡμετέραν. μάλιστα δ'
ἂν τις ὑμᾶς ἐπαινέσειεν, ὅτι τοῖς κατιούσιν ἀποδίδοτε
τὴν οὐσίαν· ἐπιδείκνυσθε γὰρ καὶ ποιεῖτε πᾶσι φανε-
ρόν, ὡς οὐ τῶν κτημάτων ἐπιθυμήσαντες τῶν ἄλλο-
τρίων ἀλλ' ὑπὲρ τῆς πόλεως δείσαντες ἐποίησασθε τὴν
ἐκβολὴν αὐτῶν. (4) οὐ μὴν ἀλλ' εἰ καὶ μὴδὲν ὑμῖν ἔδοξε
τούτων μὴδὲ προσεδέχεσθε μὴδένα τῶν φυγάδων,
τούτους γε νομίζω συμφέρειν ὑμῖν κατάγειν. αἰσχρὸν
γὰρ τὴν μὲν πόλιν ὑμῶν ὑπὸ πάντων ὁμολογεῖσθαι
μουσικωτάτην εἶναι καὶ τοὺς ὀνομαστοτάτους ἐν αὐτῇ
παρ' ὑμῖν τυγχάνειν γεγονότας, τὸν δὲ προέχοντα τῶν
νῦν ὄντων περὶ τὴν ἱστορίαν τῆς παιδείας ταύτης φεύ-
γειν ἐκ τῆς τοιαύτης πόλεως, καὶ τοὺς μὲν ἄλλους
Ἕλληνας τοὺς διαφέροντας περὶ τι τῶν καλῶν ἐπιτη-
δευμάτων, κἄν μὴδὲν προσήκωσι, ποιεῖσθαι πολίτας,
ὑμᾶς δὲ τοὺς εὐδοκίμοῦντάς τε παρὰ τοῖς ἄλλοις
καὶ μετασχόντας τῆς αὐτῆς φύσεως περιορᾶν παρ'
ἑτέροις μετοικοῦντας. (5) θαυμάζω δ' ὅσαι τῶν πό-
λεων μειζόνων δωρεῶν ἀξιοῦσι τοὺς ἐν τοῖς γυμνασίοις
ἀγῶσι κατορθοῦντας μᾶλλον ἢ τοὺς τῇ φρονίσει καὶ
τῇ φιλοπονίᾳ τι τῶν χρησίμων εὐρίσκοντας, καὶ μὴ
συνωρῶσιν ὅτι πεφύκασιν αἱ μὲν περὶ τὴν βίωσιν καὶ
τὸ τάχος δυνάμεις συναποθνήσκειν τοῖς σώμασιν, αἱ
δ' ἐπιστῆμαι παραμένειν ἅπαντα τὸν χρόνον ὠφελού-

nos complecti familiariter. Sed et tu quamprimum os-
tendes, an idem tuus sit erga nos animus. Nam et Au-
tocratem commendatum habebis et epistolam ad nos
mittes, qua vetus amicitia nostra et hospitium renove-
tur. Vale, et si quid aliud a nobis praestari tibi volue-
ris, scribito.

VIII. Mitylenæorum magistratui.

Apharei liberi, mei nepotes, ab Agenore in musicis
eruditi, me orarunt, ut vos per literas rogarem, ut,
quando etiam alios nonnullos ab exilio revocastis, hunc
quoque cum patre et fratribus restituantis. Quibus ego
cum dicerem, vereri me, ne nimis absurde et impru-
denter facere viderer, qui rem tantam a viris, cum qui-
bus nunquam prius vel collocutus vel familiaritate con-
iunctus essem, impetrare studerem, hac excusatione au-
dita rogando multo magis instare cœperunt. (2) Ubi
vero spe sua prorsus frustrabantur, omnibus apparebat
eos affici molestia et repulsam graviter ferre. Cum au-
tem eos vehementius dolere viderem quam decebat, pos-
tremo pollicitus sum, me hanc epistolam scripturum, et
ad vos missurum esse. Atque hæc habeo quæ dicam,
ne iure a vobis stultitiæ aut importunitatis accuser.

(3) Arbitror autem vos prudenter fecisse, qui et cum
civibus vestris in gratiam redieritis, et operam dederitis
ut exulum numerus minuatur, civium maior fiat, et in
ista seditione urbis nostræ exemplum imitemini. Illud
autem inprimis laude dignum est, quod exulibus ereptas
opes una cum patria restituitis. Ostenditis enim et
omnibus declaratis vos non alienarum opum cupiditate
impulsos, sed reipublicæ metuentes urbe eos eiecisse.
(4) Verum, ctiamsi nihil horum decrevissetis nec ullum
exulem reciperetis, e re vestra tamen esse putarem, ut
his, de quibus ego scribo, patriam redderetis. Quum
enim inter omnes constet vestram urbem peritia musicæ
omnibus antecellere et viros in ea arte celeberrimos apud
vos esse natos, turpe fuerit eum qui cognitione huius
disciplinæ nostræ ætatis artifices superat, tali civitate
exulare; et quum ceteri Græci eos, qui aliquo honesto
studio excellunt, quanquam prorsus alienos, civitate
donare soleant, vos committere ut qui apud alios fama
floreant et cives sint vestri, apud externos inquilinos
agant. (5) Demiror equidem eas civitates, quæ maiora
præmia victoribus in ludis gymniciis decernunt, quam
his qui ingenii solertia et industria sua vitæ aliquid
utile repererunt, neque considerant robur et pedum ce-
leritatem morte una cum corpore interire, artium autem
eam esse naturam, ut perpetuo durent suique studiosos



σαι τοὺς χρωμένους αὐταῖς. (6) ὧν ἐνθυμουμένους χρῆ τοὺς νοῦν ἔχοντας περὶ πλείστου μὲν ποιεῖσθαι τοὺς καλῶς καὶ δικαίως τῆς αὐτῶν πόλεως ἐπιστατοῦντας, δευτέρους δὲ τοὺς τιμῆν καὶ δόξαν αὐτῇ καλῆν τυμβαλέσθαι δυναμένους· ἅπαντες γὰρ ὡς περ δείγματα τοῖς τοιούτοις χρωμένοι καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς συμπολιτευομένους ὁμοίους εἶναι τοῦτοις νομίζουσιν.

(7) Ἴσως οὖν εἴποι τις ἂν ὅτι προσήκει τοὺς εὐρέσθαι τι βουλομένους μὴ τὸ πρᾶγμα μόνον ἐπαινεῖν, ἀλλὰ καὶ σφᾶς αὐτοὺς ἐπιδεικνύναι δικαίως ἂν τυγχάνοντας περὶ ὧν ἂν ποιῶνται τοὺς λόγους. ἔχει δ' οὕτως. ἐγὼ τοῦ μὲν πολιτεύεσθαι καὶ ῥητορεύειν ἀπέστην· οὔτε γὰρ φωνὴν εἶχον ἱκανὴν οὔτε τόλμαν· οὐ μὴν παντάπασιν ἄχρηστος ἔφυν οὐδ' ἀδόκιμος, ἀλλὰ τοῖς προηρημένοις λέγειν ἀγαθόν τι περὶ ὑμῶν καὶ τῶν ἄλλων συμμάχων φανείη ἂν καὶ σύμβουλος καὶ συναγωνιστὴς γεγεννημένος, αὐτὸς τε πλείους λόγους πεποιημένος ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας καὶ τῆς αὐτονομίας τῆς τῶν Ἑλλήνων ἢ σύμπαντες οἱ τὰ βήματα κατατετριφότες.

(8) ὑπὲρ ὧν ὑμεῖς ἂν μοι δικαίως πλείστην ἔχοιτε χάριν· μάλιστα γὰρ ἐπιθυμοῦντες διατελεῖτε τῆς τοιαύτης καταστάσεως. οἶμαι δ' ἂν εἰ Κόνων μὲν καὶ Τιμόθεος ἐτύγχανον ζῶντες, Διόφαντος δ' ἦκεν ἐκ τῆς Ἀσίας, πολλὴν ἂν αὐτοὺς ποιήσασθαι σπουδὴν, εὐρέσθαι με βουλομένους ὧν τυγχάνω δεόμενος. περὶ ὧν οὐκ οἶδα τί δεῖ πλείω λέγειν· οὐδεὶς γὰρ ὑμῶν οὕτως ἐστὶ νέος οὐδ' ἐπιλήσιμος, ὅστις οὐκ οἶδε τὰς ἐκείνων εὐεργεσίας.

(9) Οὕτω δ' ἂν μοι δοκεῖτε κάλλιστα βουλευσασθαι περὶ τούτων, εἰ σκέψασθε τίς ἐστὶν ὁ δεόμενος καὶ ὑπὲρ ποίων τινῶν ἀνθρώπων. εὐρήσετε τοίνυν ἐμὲ μὲν οἰκειότατα κεχρημένον τοῖς μεγίστων ἀγαθῶν αἰτίοις γεγεννημένοις ὑμῖν τε καὶ τοῖς ἄλλοις, ὑπὲρ ὧν δὲ δεόμεαι τοιούτους ὄντας, οἷους τοὺς μὲν πρεσβυτέρους καὶ τοὺς περὶ τὴν πολιτείαν ὄντας μὴ λυπεῖν, τοῖς δὲ νεωτέροις διατριβὴν παρέχειν ἡδεῖαν καὶ χρησίμην καὶ πρόπουσαν τοῖς τηλικούτοις.

(10) Μὴ θαυμάζετε δ' εἰ προθυμότερον καὶ διὰ μακροτέρων τῶν ἄλλων γέγραφα τὴν ἐπιστολήν· βούλομαι γὰρ ἀμφοτέρω, τοῖς τε παισὶν ἡμῶν χαρίσασθαι καὶ ποιῆσαι φανερόν αὐτοῖς ὅτι κἂν μὴ δημηγορῶσι μηδὲ στρατηγῶσιν, ἀλλὰ μόνον μιμῶνται τὸν τρόπον τὸν ἐμόν, οὐκ ἡμελημένως διάξουσιν ἐν τοῖς Ἑλλήσιν. ἐν ἔτι λοιπόν· ἂν ἄρα δόξῃ τι τούτων ὑμῖν πράττειν, Ἀγήνορι τε δηλώσατε καὶ τοῖς ἀδελφοῖς, ὅτι μέρος τι καὶ δι' ἐμὲ τυγχάνουσιν ὧν ἐπεθύμουν.

Ο'. Ἀρχιδάμω.

Εἰδώς, ὦ Ἀρχιδάμε, πολλοὺς ὠρμημένους ἐγκωμιάζειν σὲ καὶ τὸν πατέρα καὶ τὸ γένος ὑμῶν, εἰλόμην τούτων μὲν τὸν λόγον, ἐπειδὴ λίαν βράδιος ἦν, ἐκείνοις παραλιπεῖν, αὐτὸς δὲ σε διανοοῦμαι παρακαλεῖν ἐπὶ στρατηγίας καὶ στρατείας οὐδὲν ὁμοίας ταῖς νῦν ἐνεστηκυῖαις, ἀλλ' ἐξ ὧν μεγάλων ἀγαθῶν αἴτιος γενήσῃ καὶ τῇ πόλει τῇ σουτοῦ καὶ τοῖς Ἑλλήσιν ἅπασιν. (2)

semper iuvent. (6) Hæc prudentibus considerata sunt, ut maximi faciant bonos et iustos reipublicæ gubernatores; proximum honoris gradum iis tribuant, qui civitati ornamento et gloriæ esse possunt. Omnes enim in hæc tanquam in specimen quoddam intuentes, reliquos etiam cives his viris similes esse iudicant.


(7) Fortassis autem dixerit aliquis, si qui beneficium petant, non rem ipsam tantum esse laudandam, sed ostendendum etiam ipsos non esse indignos ea re, de qua verba faciant. Sic autem hæc se res habet. Ego reipublicæ administratione et concionibus habendis abstinui, propterea quod et vox et audacia me deficiebat; non tamen omnino nullus mei usus aut nulla fuit auctoritas: sed me his qui vestræ ceterorumque seniorum dignitati ac commodis patrocinati sunt, et consiliarium et adiutorem fuisse comperietis; præterea plura verba feci de libertate et iure suo Græcis restituendo, quam omnes isti qui suggestum crebris concionibus contriverunt. (8) Pro quibus vos mihi rebus merito maximam gratiam habueritis; nam semper hunc reipublicæ statum maxime desiderastis. Arbitror autem Cononem et Timotheum, si viverent, ac Diophantum, si ex Asia redisset, mea causa strenue fuisse laboraturos, qui vellent idem mihi a vobis tribui, quod a vobis peto. De quibus nescio quorsum attineat plura verba facere: nemo enim vestrum ita vel adolescens vel obliviosus est, quin collata in vos ab illis beneficia noverit.

(9) Sic autem de hoc negotio rectissime deliberaturi videmini, si consideretis, et quis sit is qui orat, et pro qualibus hominibus intercedat. Reperietis enim me coniunctissimum et amicissimum fuisse his qui vos et alios summis beneficiis affecerunt: eos vero pro quibus intercedo eius generis esse homines, qui nec senioribus et magistratu præditis molesti sint, et adolescentes in studiis iucundis et utilibus et huic ætati convenientibus exercent.

(10) Ne vero miremini si promptius et longiores ceteris ad vos literas dederim. Nam et filiis nostris obsequi et simul ostendere cupio, etiamsi rempublicam non attigerint neque exercitui præfuerint, sed mores tantum et institutum meum imitentur, fore tamen ut apud Græcos contemnantur. Unum adhuc est reliquum, si precibus nostris locum dare vobis visum fuerit, ut Agenori et fratribus eius significetis, eis mea quoque causa ex quadam parte ea tribui, quæ sibi tribui vehementer optant.

IX. Archidamo.

Quum sciam, Archidame, quam multi te parentemque tuum et vestrum universum genus laudibus ornare aggrediantur, eam ipsis dicendi materiam, quum facilis admodum esset et obvia, relinquendam putavi; mihi autem in animo est hortari te ad expeditiones iis prorsus dissimiles quæ hoc tempore suscipiuntur, sed ad tales, ex quibus civitati tuæ non minus quam cunctæ Græciæ maximorum honorum auctor futurus sis. (2) Atque hoc



ταύτην δ' ἐποιησάμην τὴν αἵρεσιν, οὐκ ἀγνοῶν τῶν λόγων τὸν εὐμεταχειριστότερον, ἀλλ' ἀκριβῶς εἰδὼς ὅτι πράξεις μὲν εὐρέϊν καλὰς καὶ μεγάλας συμπερούσας χαλεπὸν καὶ σπάνιον ἔστιν, ἐπαινέσαι δὲ τὰς ἀρετὰς τὰς ὑμετέρας βραδύως ὅσος τ' ἂν ἐγενόμην. οὐ γὰρ ἔδει με παρ' ἑμαυτοῦ πορίζεσθαι τὰ λεγόμενα περὶ αὐτῶν, ἀλλ' ἐκ τῶν ὑμῖν πεπραγμένων τσαυτάς ἂν καὶ τοιαύτας ἀφορμὰς ἔλαβον, ὅσπερ τὰς περὶ τῶν ἄλλων εὐλογίας μὴδὲ κατὰ μικρὸν ἐναμιλλοῦς γενέσθαι τῇ περὶ ὑμᾶς βραδείᾳ. (3) πῶς γὰρ ἂν τις ἢ τὴν εὐγένειαν ὑπερεβάλετο τῶν γεγονότων ἀφ' Ἡρακλέους καὶ Διός, ἢν πάντες ἴσασιν μόνους ὑμῖν δμολογουμένως ὑπάρχουσιν, ἢ τὴν ἀρετὴν τῶν ἐν Πελοποννήσῳ τὰς Δωρικὰς πόλεις κτισάντων καὶ τὴν χώραν ταύτην κατασχόντων, ἢ τὸ πλῆθος τῶν κινδύνων καὶ τῶν τροπαίων τῶν διὰ τὴν ὑμετέραν ἡγεμονίαν καὶ βασιλείαν σταθέντων; (4) τίς δ' ἂν ἠπόρησε διεξιέναι βουληθεὶς τὴν ὄλην τῆς πόλεως καὶ σωφροσύνην καὶ πολιτείαν τὴν ὑπὸ τῶν προγόνων τῶν ὑμετέρων συνταχθεῖσαν; πόσοις δ' ἂν λόγοις ἐξεγένετο χρήσασθαι περὶ τὴν φρόνησιν τοῦ σοῦ πατρὸς καὶ τὴν ἐν ταῖς συμφοραῖς διοίκησιν καὶ τὴν μάχην τὴν ἐν τῇ πόλει γενομένην, ἧς ἡγεμῶν σὺ καταστάς καὶ μετ' ὀλίγων πρὸς πολλοὺς κινδυνεύσας καὶ πάντων διενεγκὼν αἴτιος ἐγένου τῇ πόλει τῆς σωτηρίας, οὗ κάλλιον ἔργον οὐδεὶς ἂν ἐπιδείξειεν; (5) οὔτε γὰρ πόλεις εἰλεῖν οὔτε πολλοὺς ἀποκτείνειν τῶν πολεμίων οὕτω μέγα καὶ σεμνόν ἔστιν, ὡς ἐκ τῶν τοιούτων κινδύνων σῶσαι τὴν πατρίδα, μὴ τὴν τυχοῦσαν, ἀλλὰ τὴν τοσοῦτον ἐπ' ἀρετῇ διενεγκοῦσαν. περὶ ὧν μὴ κοιφῶς ἀλλ' ἀπλῶς διελέθων, μὴδὲ τῇ λέξει κοσμήσας ἀλλ' ἐξαριθμησας μόνον καὶ γυδὴν εἰπὼν οὐδεὶς ὅστις οὐκ ἂν εὐδοκιμήσειεν.

(6) Ἐγὼ τοίνυν δυνηθεὶς ἂν καὶ περὶ τούτων ἐξαρκούντως διαλεχθῆναι, ἀκαεῖνο γινώσκων, πρῶτον μὲν ἵτι ῥᾶόν ἔστι περὶ τῶν γεγενημένων εὐπόρως ἐπιδραμεῖν ἢ περὶ τῶν μελλόντων νοῦν ἐχόντως εἰπεῖν, ἔπειθ' ὅτι πάντες ἀνθρώποι πλείω χάριν ἔχουσι τοῖς ἐπαινοῦσιν ἢ τοῖς συμβουλεύουσι (τοὺς μὲν γὰρ ὡς εὐνοὺς ὄντας ἀποδέχονται, τοὺς δ' ἂν μὴ κελυσθέντες παραινῶσιν, ἐνοχλεῖν νομίζουσιν, (7) ἀλλ' ὁμοῦς ἅπαντα ταῦτα προειδὼς τῶν μὲν πρὸς χάριν ἂν βραδύων ἀπεσφόμην, περὶ δὲ τοιούτων μέλλω λέγειν περὶ ὧν οὐδεὶς ἂν ἄλλως τολμήσειεν, ἡγούμενος δεῖν τοὺς ἐπιεικείας καὶ φρονήσεως ἀμφισβητοῦντας μὴ τοὺς βράστους προαιρεῖσθαι τῶν λόγων ἀλλὰ τοὺς ἐργωδισταίους, μὴδὲ τοὺς ἡδίστους τοῖς ἀκούουσιν, ἀλλ' ἐξ ὧν ὠφελήσουσι καὶ τὰς πόλεις τὰς αὐτῶν καὶ τοὺς ἄλλους Ἑλλήνας ἐφ' οἷσπερ ἐγὼ τυγχάνω νῦν ἐπεστηκώς.

(8) Θαυμάζω δὲ καὶ τῶν ἄλλων τῶν πράττειν ἢ λέγειν δυναμένων, εἰ μὴδεπώποτ' αὐτοῖς ἐπῆλθεν ἐνθυμηθῆναι περὶ τῶν κοινῶν πραγμάτων, μὴδ' ἐλεῆσαι τὰς τῆς Ἑλλάδος δυσπραξίας οὕτως αἰσχροῦς καὶ δεινῶς διατιθεμένης, ἧς οὐδεὶς παραλέλειπται τό-

scribendi argumentum de legi non ignarus quidnam esse ad pertractandum facilius; sed probe sciens fore ut sicuti arduum simul et paucorum hominum esset invenire quas geras res præclaras magnas utiles, ita tuas tuæque familiæ virtutes laudare haud difficulter possem. Neque enim opus fuisset de meo depromere quæ de his dicerentur, quando ex ipsis per vos gestis rebus talis mihi ac tanta dabatur dicendi materies, ut quæ de aliis prædicantur laudes, ne tantillum quidem cum iis conferri possint quibus vos celebraremini. (3) Quomodo enim aliquis superet vel nobilitatem eorum qui ab Hercule et ipso Iove genus ducunt, quam omnes uno ore confitentur in vobis solis reperiri, vel virtutem eorum, qui Doricas in Peloponneso urbes condiderunt, et illam regionem occupaverunt; vel præliorum tropæorumque multitudinem quæ vestro ductu atque auspiciis facta sunt et statuta? (4) Quis autem dicendis egeret, qui velit quum fortitudinem ac temperantiam totius vestræ civitatis, tum a vestris maioribus institutum reipublicæ statum percensere? quantis porro verbis uti liceret ad explicandam parentis tui prudentiam, eiusdemque in adversis rei gerendæ rationem, et illud quod intra ipsam urbem commissum est proelium? in quo tu proelio constitutus imperator pugnando cum paucis adversus multos omnibus antecelluisti, et urbem tuam ab exilio servasti: quo nihil præclarior gestum ab ullo proferri possit: (5) neque enim vel urbes expugnare, vel hostium magnas copias interimere, magnum adeo est et honorificum, ut fuit e tantis periculis patriam liberare, et non illam vulgarem aliquam, sed quæ tantopere virtutis causa emineret. De quibus nemo scilicet non cum ostentatione, sed simpliciter narrando, neque cum verborum ornatu, sed enumerando duntaxat et temere quidvis effundendo disseruerit, qui non ex eo magnam sibi laudem comparaverit.

(6) Ego igitur qui etiam de his poteram idoneo modo profari, atque illud sentiens, primum facilius esse de præteritis copiose eloqui, quam de futuris cordate dicere; deinde omnes homines maiorem habere gratiam laudantibus quam consiliantibus, et illos quidem libenter excipere ut sui studiosos, hos vero, nisi iussi admo-neant, auribus obtundere arbitrari: (7) quæ etsi omnia providerim, nihilo tamen secius ab his abstini quæ ad gratiam ineundam dicenda essent, de iis tantum modo dicturus de quibus nemo alius ausit: ratus nimirum decere eos qui de æquitate et prudentia cum aliis contendunt, nequaquam ea sibi eligere argumenta quæ tractatu facilima sunt, sed quæ difficillima, neque rursus ea quæ auditu sint iucundissima, sed ex quibus emolumentum plurimum afferant quum suis civitatibus, tum Græcis omnibus, in quorum utilitatem nunc intendor.

(8) Demiror autem ceteros quibus vel agendi est vel dicendi aliqua facultas, quod nulla unquam de communibus rebus illorum animos cogitatio subeat, neque moveantur Græciæ calamitatibus, cuius status adeo fædus est et miserabilis ut nullus in ea locus reperiat, qui non

πος ὃς οὐ γέμει καὶ μεστός ἐστι πολέμου· καὶ στάσεων καὶ σφαγῶν καὶ κακῶν ἀναριθμητῶν, ὧν πλεῖστον μέρος μετελήφασιν οἱ τῆς Ἀσίας τὴν παραλίαν οἰκοῦντες, οὓς ἐν ταῖς συνθήκαις ἅπαντας ἐκδεδώκαμεν οὐ μόνον τοῖς βαρβάροις ἀλλὰ καὶ τῶν Ἑλλήνων τοῖς τῆς μὲν φωνῆς τῆς ἡμετέρας κοινωνοῦσι, τῷ δὲ τρόπῳ τῷ τῶν βαρβάρων χρωμένους· (9) οὓς, εἰ νοῦν εἴχομεν, οὐκ ἂν περιωρῶμεν ἀθροισζομένους οὐδ' ὑπὸ τῶν τυχόντων στρατηγουμένους, οὐδὲ μείζους καὶ κρείττους συντάξεις στρατοπέδων γιγνομένας ἐκ τῶν πλανωμένων ἢ τῶν πολιτευομένων· οἱ τῆς μὲν βασιλείως χώρας μικρὸν μέρος λυμαίνονται, τὰς δὲ πόλεις τὰς Ἑλληνίδας, εἰς ἣν ἂν εἰσέλθωσιν, ἀναστάτους ποιοῦσι, τοὺς μὲν ἀποκτείνοντες, τοὺς δὲ φυγαδεύοντες, τῶν δὲ τὰς οὐσίας διαρπάζοντες, (10) ἔτι δὲ παῖδας καὶ γυναῖκας ὑβρίζοντες, καὶ τὰς μὲν εὐπρεπεστάτας καταισχύοντες, τῶν δ' ἄλλων ἃ περὶ τοῖς σώμασιν ἔχουσι περισπῶντες, ὥσθ' ἄς πρότερον οὐδὲ κεκοσμημένας ἦν ἰδεῖν τοῖς ἀλλοτρίοις, ταύτας ὑπὸ πολλῶν δρᾶσθαι γυμνάς, ἐνίας δ' αὐτῶν ἐν βράχεσι περιφθειρομένας δι' ἔνδειαν τῶν ἀναγκαιῶν.

(11) Ὑπὲρ ὧν πολὺν ἤδη χρόνον γιγνομένων οὗτε πόλις οὐδεμία τῶν προεστάναι τῶν Ἑλλήνων ἀξιουσῶν ἠγανάκτησεν, οὐτ' ἀνὴρ τῶν πρωτευόντων οὐδεὶς βαρέως ἠνεγκε, πλὴν ὁ σοὶς πατήρ· μόνος γὰρ Ἀγησίλαος ὧν ἡμεῖς ἴσμεν ἐπιθυμῶν ἅπαντα τὸν χρόνον διέτελετε τοὺς μὲν Ἑλληνας ἐλευθερώσαι, πρὸς δὲ τοὺς βαρβάρους πόλεμον ἐξενεχεῖν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ κείνος ἐνός πράγματος διήμαρτεν. (12) καὶ μὴ θαυμάσης εἰ πρὸς σὲ διαλεγόμενος μνησθήσομαι τῶν οὐκ ὀρθῶς ὑπ' αὐτοῦ γνωσθέντων· εἴθισμαί τε γὰρ μετὰ παρρησίας αἰεὶ ποιεῖσθαι τοὺς λόγους, καὶ δεξαίμην ἂν δικαίως ἐπιτιμῆσας ἀπεχέσθαι μᾶλλον ἢ παρὰ τὸ προσῆκον ἐπαινέσας χαρίσασθαι. (13) τὸ μὲν οὖν ἐμὸν οὕτως ἔχον ἐστίν, ἐκείνος δ' ἐν πᾶσι τοῖς ἄλλοις διενεγκῶν καὶ γενόμενος ἐγκρατέστατος καὶ δικαιοτάτος καὶ πελιτικώτατος διττὰς ἔσχεν ἐπιθυμίας, χωρὶς μὲν ἑκατέραν καλὴν εἶναι δοκοῦσαν, οὐ συμφωνούσας δ' ἀλλήλαις οὐδ' ἅμα πράττεσθαι δυναμένας· ἠβούλετο γὰρ βασιλεῖ τε πολεμεῖν καὶ τῶν φίλων τοὺς φεύγοντας εἰς τὰς πόλεις καταγαγεῖν καὶ κυρίους καταστῆσαι τῶν πραγμάτων. (14) συνέβαιεν οὖν ἐκ μὲν τῆς πραγματείας τῆς ὑπὲρ τῶν ἐταίρων ἐν κακοῖς καὶ κινδύνοις εἶναι τοὺς Ἑλληνας, διὰ δὲ τὴν ταραχὴν τὴν ἐνθάδε γιγνομένην μὴ σχολὴν ἄγειν μηδὲ δύνασθαι πολεμεῖν τοῖς βαρβάροις. ὥσθ' ἐκ τῶν ἀγνωσθέντων κατ' ἐκείνον τὸν χρόνον βράδιον καταμαθεῖν, ὅτι δεῖ τοὺς ὀρθῶς βουλευομένους μὴ πρότερον ἐκφέρειν πρὸς βασιλεῶν πόλεμον, πρὶν ἂν διαλλάξῃ τις τοὺς Ἑλληνας καὶ παύσῃ τῆς μανίας καὶ τῆς φιλονικίας ἡμᾶς. περὶ ὧν ἐγὼ καὶ πρότερον εἶρηκα καὶ νῦν ποιήσομαι τοὺς λόγους.

(15) Καίτοι τινὲς τῶν οὐδεμιᾶς μὲν παιδείας μετῆσχότων, δύνασθαι δὲ παιδεύειν τοὺς ἄλλους ὑπισχυομένων, καὶ ψέγειν μὲν τὰ μὲν τολμώντων, μιμεῖ-

bellorum, seditionum, cædium et infinitorum malorum plenus sit : quorum quidem partem longe maximam sustinent ii qui Asiæ maritima incolunt, et a nobis universis in fœderibus sunt dediti, non barbaris tantummodo, sed iis item Græcis, qui etsi nobiscum eadem lingua utantur, a moribus barbarorum nihil discrepant; (9) quos certe, si in nobis quidquam esset sanæ mentis, non sineremus coire nec a quibus libet in expeditionem educi, maioresque et validiores constari copias e vagantibus viris quam e civibus in urbe degentibus : qui quum exiguam admodum ditionis regiæ partem devastent, Græcas urbes, ad quamcumque accesserint, evertunt, in quibus alios trucidant, alios exterminant, alios bonis exspoliant; (10) prætereaque pueros et feminas contumeliis afficiunt, et in his forma præstantissimas contemerant, ceteras iis exuunt vestimentis quibus teguntur ipsarum corpora, ut quas antea ne ornatas quidem videre poterant alieni, hæc iam nudæ a multis et conspiciantur, et earum nonnullæ in vilibus pannis ob necessariorum inopiam pereant.

(11) Quæ quum tanto iam tempore mala perdurent, nulla tamen civitas ex iis quæ Græcorum imperium affecant neque vir aliquis ex Græciæ principibus molestius tulit præterquam tuus parens : solus enim Agesilaus eorum quos novimus, in magno semper vixit desiderio tum Græcos in libertatem vindicandi tum belli barbaris inferendi. Qui tamen et ipse in re una aberrare visus est. (12) Neque mireris velim, si, tecum ego disserens, eorum mentionem faciam quæ minus ille recte sensit : nam et libere loqui semper soleo, et malim ob iustam reprehensionem odium incurrere potius quam per immeritam laudem gratificari. (13) Hæc igitur est mea ratio. Ceterum ille qui in reliquis omnibus superabat alios, idemque erat maxime iustus et temperans ac rerum gerendum peritus, habuit duos cupiditates, præclaram utramque seorsum, sed non inter se consentientes, nec eius generis quæ simul consieri possint. Quum enim et regi Persarum bellum inferre et amicos ab exilio in patriam quemque suam restituere ac summæ rerum præficere decrevisset, (14) siebat, dum amicis studeret impensius, ut et Græci in malis ac bellis versarentur, et ipse propter tumultum hic excitatum pugnandi contra barbaros otium et facultatem non haberet. Quare ex his, quæ illo tempore errata sunt, facile intelligitur eum qui recte rebus consultum velit, non prius regi Persico bellum inferre debere, quam Græcos reconciliari illorumque hunc furorem et ambitionem hanc compescuerit. Quæ de re ut alias verba feci, ita nunc quoque faciam.

(15) At enim ex iis qui alios se docere posse pollicentur, quum sint ipsi doctrinæ omnis expertes, quique mea scripta carpere audent, quæ tamen imitari gestiunt, hoc

